

CLAVDII PTOLEMAEI

PHELVDIENSIS ALEXANDRINI

ALMAGESTVM SEV MAGNAE CONSTRVCTIONIS

MATHEMATICAЕ OPVS PLANE DIVINVM

LATINA DONATVM LINGVA

AB GEORGIO TRAPEZVNTIO VSQ VEQ VAQ.

DOCTISSIMO.

PER LVCAM GAVRICVM NEAPOLIT. DIVINAE

MATHESEOS PROFESSOREM EGREGIVM

IN ALMA VRBE VENETA ORBIS REGINA

RECOGNITVM

ANNO SALVTIS M D XXVIII LABENTE

[1528]




RARE Book

QB

41

P79

1528



Ne quispiam aliis Calcographus/Venetiis aut usquā locorum
Venetæ ditionis impune Almagestum hunc imprimat per De-
cennium/Senatus Veneti Decreto cautum est. 15

National Oceanic and Atmospheric Administration

ERRATA NOTICE

One or more conditions of the original document may affect the quality of the image, such as:

Discolored pages
Faded or light ink
Binding intrudes into the text

LASON
Imaging Contractor
12200 Kiln Court
Beltsville, MD 20704-1387
August 1, 2007

CLARISSIMO IVVENI D. DOMINICO PALAVICINO

L. GAVRICVS NEAPOLIT. PROTHONOT.

APOSTOLICVS FOELICITATEM.

ANNO (A Christi Redēptoris Die Natali) 119. labente Adrianus Traiani successor Romanorū Cæsar Augustiss. Græce & latine doctus atq; musicorum ætatis suæ clarissimus annua prope modum intercedine ac lustris quatuor peractis orbis imperio potitus fœlicissime regnauit. Cui mox successit Antoninus Anno Virginei partus 140. fluente. Florentissimis profecto illis tēporibus floruit Claudius noster Ptolemæus Pheludicēsis Mathe, maticorum oīum quot fuere, quot sunt, & quot post hac aliis erunt in annis facile princeps. Apud Alexādrem uero Aegypti ciuitatē ab Alexandro magno cōditam interea Almagestū magnæ scilicet constructionis Mathematicæ opus sane diuinū, & uti reor, Geographiam edidit. Qui (dum 78. ageret etatis Annū) Salutigeræ incarnatiōis anno 147. Diem suū clausit nouissimū. Nunq; uero Apotelesmatū quatuor libellos/centumq; Aphorismos quoq; conscripserit. Fuerit q; unus ex Aegyptiō Regibus/affirmare non ausim. Georgius Trapezūtius magnū hunc Astronomum Ferdinandi Regi Aragonū Serenissimo dicatum e Græca in latinā translulit lingua. Quem Laurentius Bartolinus Abbas & Apostolicæ sedis Prothonot. benemeritus Floretiae urbis ac bonarum artiū alius nus/e Vaticano exéplari propriis sumptibus trāscribendū curauit. Quatenus tā eminētissimi huius Authoris uigilie ac labores ad hāc usq; etatē squallescentes ac situ pene obruti/discriminarum fludiosis promulgarentur. Nos autē Anno Christianæ lyturgiæ 1527. ad florētissimā Vibem Venetam orbis & urbium Reginā Tutissimum plane omnibus perfugium (auspicato sidere) secedentes. Aliunde cœli inclemētiam/utpote urbis excidium/depopulationes/Bella horrida/famem & epydimiam/quæ uniuersam prorsus Italiam inuaserat (quom multo ante Cauricana pūiderit Vranie) celeriter effugientes/Ne tempus frustra cōtereretur. Difficillimū almæ huius Mathematicæ cōpositionis uolumen diligēti examine castigauimus. Immo in totius ferme operis margine passim pleraq; adiiecimus Schémata/Paraphrases/Annotatiōe/& Closulas (In qbus p̄cipue locis) līra sub obscurior aliquātulum uidebatur. Si qñ autē numeroq; series delirabat, aut erroris quidpiam cōtigerat. Necessū erat mihi cōferre Latina cum Barbaris/Græca autē cū latinis cura studio atq; sollertia Clarissimi uiri Caroli Capellii Patrici Veneti utraq; līqua doctissimi. Et Mathematics apprime studiosi/prædicti q; ut ingenio admirabili ita & iudicio excellenti. Sed poetica præsertim atq; oratoria facultate celeberrimi. Interdum etiam quom nonnūq; (ob publicas occupationes) opera huius præsto mihi esse non posset. Vsus sum doctissimo viro Nicolao Petro Corcireo / Latinis Græcisq; literis eruditissimo. Verum hasce nostras lucubrationes Tibi Dominice Palauicinorum uelutī fidus fulgentissimum libenti quidem animo sacrauimus. Tu enim adolescens clarissime non modo eximia corporis præstantia/ac (Digna quidē imperio) Diuina quadam Maiestate refulges. Sed (ut opes affluentissimas taceam) Geographica/Orphica/Poetica/Oratoriaq; disciplina præclarus, Mœcenatem illū Tuscum imitatus Assidue Munificus/Magnanimus/atq; animo Cæfareus singulos quosq; ingenii qua uis dote refertos/benigne admodum suscipere/uenerari ac souere consueui. Quinetiam amplissimis quotidie largitionibus prosequi exaggerareq; non dubitasti. Unus igit; tur inter coeteros (quos noram) Italæ principes/Noster Dominicus Gauricoru dominus atq; patronus omni prorsus laudum præconio dignissimus

Iure quidem tanto censem munere dignus,
Inclita res tanto Principe digna meo,
Egregium cuius nomen celebrabitur orbe,
Dum radios tribuet Sol tibi luna suos,
Dum colluстрabunt Epicyclois Iuppiter/Hermes,
Falcitenens/Mauors/Cynthia/pulchra Venus,

T E A L O S

Fœlix cui constant bona corporis, & bona mentis,
Nec sunt fortunæ munera parca Deæ/
His fulget noster Mœcenas dotibus/Ergo
Fœlix/Nestoreos dent modofata dies,

ΠΤΟΛΕΜΑΙΩΝ

ΟἽδοπτὸν τὸν τὸν ἔφων, καὶ ἐφάμερος. ἀλλ' οὐτὸν αὐτῷ
ἰκνεῖσθαι πεισθεῖνοις ἀμφορόμους ἐλίκαστο
Οὐκέτε πιστῶσιν ποστίν. ἀλλὰ παρέστητο
Ζηνίδιονοφέος πίμπλαραι ἀμβρυσσοῖς.

Francisci Capellii Caroli filii

Noui Me(ut Morerer)natum/Quem labilis æquet
Vna Dies/Sed cum fidera mente sequor,
Non iam Attingo solum pedibus/Sed propter olympi
Regem/Diuina Compleor Ambrosia,

Herculis Girlandi Mantuani

Sum Mortalis/Certa Diem nec Vita per unum,
Ast ubi Mens alti fertur in Astra poli,
Haud Terram Attingo pedibus/Sed cum Ioue summo
Diuina fœlix expleor Ambrosia,

L. Gaurici Neapolit.

Me scio Mortalem/Medium nec Vita per horam
Certa satis/Sed Mox Vertice tango polos/
Quom iam Sydereos Contemplor Mente Rotatus,
Et fœlix Diuum perfruor Ambrosia,

PROHAEMIUM

AD SANCTISSIMVM DOMINVM SIXTVM PON. MAX.

ANDREAE TRAPEZVNTII GEORGII FILII IN
PATERNAM ALMACESTI PTOLEMAEI

TRADUCTIONEM PREFATIO.



E VOLVENTI MIHI NUPER LIBROS

Patris mei Georgii Trapezuntii uiri optimi, & omni doctrinarum genere insignis, Beatisime pater, obtulit se magna illa Ptolemæi compositio: Quā alma, gestum uocant ab eo in latinum e Græco conuersa. Sed inimici factione atq; odio ex inuidia conflato nondum emissā: quā (ut attigi) statim percussit animum acerbis ille & pene soplitus ac euulsus dolor uetus state. Qui omnem mihi ueterem calamitatem atq; miseriarum acebitatem cumulumq; renowauit. Nam fœlicissimum illud trapezuntii ingeniū uitaq; omnis Sanctissime acta laboresq; sui & studia pro cōmuni eruditione sponte suscepta, quo tempore fructu aliquo recreari debebant, in eo perditissimæ animorum declarationes, ac in iuriarum moles, ab his, quos summis beneficiis deuinxerat, extiterunt. Nō enim eos reliquis in artibus peruagata iam trapezuntii fama, eruditorum consensu celebrata adeo sollicitabat. Sed Ptolemæi operis omnium difficillimi eisq; minime cogniti splendore plurimum agitabat. Cum trapezuntiana industria in gloriam nominis sempiternam, latinis hominibus Tum primum resulgeret: Atq; cum ipsi & literarū ubertate & ingenii acumine doctis illa ætate uiris p̄stare se arbitrarietur: ea uero conuersione ab uno Trapezuntio Sefacile supereri uiderent: omne eorum studium factiōnemq; omnem ad acerbissimas in eum uexationes cōportarunt. Ita partim sua ipsi potētia Partim Mercendariorum conductu, non libros Trapezuntianos obruerū modo cupierunt. Sed communem quoq; illum innocētissimi hominis spiritum de hominum genere optime meritum per sūnum scelus omnibus p̄sidiis interclusis eripere tentauerunt. Quorum compresso odio ex inuidia collecto iam erumpente nisi in articulo téporis concidere Maluissemus, a ceruicibus nostris furorem illum Scythicum omni ratione depellere oportuit. Has inuidiae tempestates per potentest inimicos concitatas. Diuus ille Alfonſus, R̄egum omniū (quos p̄fens omnium memoria longius repetere potest) Præfantissimus, cum accepisset Statim Trapezuntium per literas ad se, Neapolim cōmune doctorum refugium Portumq; tutissimum accersiuit. Et desponsa in annos singulos non mediocri pecunia, comiter benignæq; suscepit. Tot igitur tātisq; calamitatibus & familiarie cura oppressus dilaceratusq; Trapezuntius, Traductionem ipsam plurimis annis elaboratam compressit. Cuius editio ab eo eximebatur, ut remissa aliquando uel secessu inuidia, uel humanitate sopita, uel uetus state consumpta sua tandem cum Animi tranquillitate & fortunarum reintegratione nostris hominibus diuulgaretur sed decurtata, potentissimis inimici factio, ne uita, Morte Antea preuentus est q̄ inscribere quæq; posset. Quo mortuo uaria ipse rei familiaris cura distractus nō adhibere in libri dictionem omnium potui. Sed cū iam omnis ea sollicitudo studiumq; huiusmodi deferuisse uideatur: Conuerti me tandem ad literas longo interuallo reuocatas: Atq; quotidiano conuicio hominum, qui a me hoc Munus non postulabant, Sed efflagitabant, non sum passus debere diutius. Quin iam iā attrectandū eis retinendumq; dimitterem: Cum sepe igitur diuq; ipse mecum cogitarem Cui potissimum id laboris dedicarem unus Tu ex omnibus principibus, Quos nostra ætas Alit dignissimus occurristi, Cui paternas uigilias Mestito desponderem, Digna enim mihi uisa res est & summo certe digna Pontifice: Ut

PRO HÆMIVM

hæc Cœlestium corporū inferiora turbantium Diuina Ptolemæi demonstratio tibi
 inscriberetur: Qui humanarum rerum omnium pariter & diuinorum Pontificatū
 inieris, Tuæ uirtutes tum singulari: sç religio ac pietas tanta, Quanta dei optimi Ma-
 ximi Vicarium decet, eam tibi dignitatem Iam pridem præmittebat: ad quam Cœ-
 lestium contemplationum uidetur dedicanda esse doctrinæ. Q. d si uel totius Philo-
 sophiæ, uel actionis uitæ, uel præclarissimarum tuarum laudum gloria mihi nunc
 non explicanda, Sed recēsanda esset, omnibus liqueret profecto, naturam ipsam Te-
 unum ex oibus delegisse: In quo ornando omnes suas uires dotesq; suas cœs effun-
 deret. Ea enim in te bonitas est, is fidei cultus, ea iustitia, id religionis studium, ea de-
 niq; sanctimonia ut cum nullus Tibi non anteficeret sed ne comparari quidem pos-
 sit. Video te in horum temporum fœlicitatem diuinitus Pontificem Maximum es,
 se declaratum qui tua singulari uirtute propeq; diuina, Solus effecisti, ut dum omni-
 um honorum genera sperneres: omnium tamen dignitatum culmen pro summis
 tuis uirtutibus adipisceretis ut non ad summam Imperii maiestatem Ambitionum
 studio, Sed cunctis Apostolici Senatus suffragiis: omnium Præterea Centum atq;
 populorum consensu & desiderio uocauere, quo quidem tuo facto, Cœteris ad uera
 uirtutis laudem aspirantibus diuinum imitandi tui exemplum præscripsisti: atq; ad
 dignitates sectandas easdemq; pure Casteq; Adipiscendas viam formamq; contuli-
 sti. At cum singulare illud tuum ingenium ad Veritatis studiū contulisses, omneq;
 tuæ uitæ tempus ad rerum diuinorum rationes exquirēdas transmisisses, breui adeo
 tempore omnem Philosophiæ ac Theologiæ cognitionem absolutissime atq; lo-
 cuplentissime haufisti, ut neq; nostra neq; maiorum nostrorum ætate aut ingenii ac
 cumine & celeritate aut disputatione & memoria, aut subtilissimarum rerum & pœ-
 ne incomprehensibilium perceptione, quisq; tibi proxime accesserit, quibus artibus
 & disciplina apud omnes ita fama floruit, Ut cum nihil iam tibi ad decus, Nihil ad
 laudem operis supereret, quo illustrior & acceptior per omnes populos uolitares:
 Vitam tamen integrissimam adiunxisti, publicam utilitatem priuato usu prætulisti.
 Quæ omnia & si clarissima in te uno fuerunt q; in singulis singula, Multo tamen
 fateor tua uitæ institutione fuisse clariora. Atq; illa magis tua uirtute augeri: q; tu
 ab illis auctus inueniaris: Iani uero si benignitatem, Clemétiā, Liberalitatē, Inno-
 cétiā, Magnificétiā attingere licebit: quis te ullo laudis genere præstantior, aut splen-
 didior inuenietur: quo uno literarū sacrario & uirtutū officina nō solū R̄omana ec-
 clesia plicate tranquilleq; regitur. Sed ipsa quoq; Vrbs tuis aspicias & meritis aucta
 & illustrata pristinam dignitatem sibi restitutam Lætatur. Quis enim non iuræ læta
 bitur Tanta in te Animi Magnitudinem: Tantos erga Deorum Immortalium tem-
 pla, ac in Vrbis elegantiam pecuniarum aceruos esse profusos. Cum hæc tua editi-
 cia Studio singulari, Splendore admirabili, Multitudine infinita, Tam celeriter &
 expleueris & inornaueris: qui plura breui Tempore Magnificentius effeceris, q; cœ-
 teri memoria nostra Pontifices in tam rerum diuturnitate affecerint. Testis est Diuī
 Petri Aduincula in ueteri curia Templum parietibus & Sarco tecto in admirabilem
 locunditatem sumptuoso opere exedificatum: Testis ipsa duodecim Apostoloro-
 rum Ecclesia diruta antea. Nunc tua ope ad amplitudinem Mœcenatisq; operis
 Splendorem reuocata. Testis Terræ Cœliq; moderatoris diuī Petri Basilica Quæ
 tuo ductu & impensa auro irradiatur. Et elegantiore Ornatu illustrata circunspici-
 tur. Testis Diuī Stephani & Vitalis, reliquorumq; deorum aedes & delubra, Vrbis eti-
 am solitudine obsoleta, Tua unius opera & impensa Locata, Collocupletata &
 Ornatoria q; erant in hominum oculis collocata, Testis sacrarum illud Matris Dei
 ad porram flamineam, nouo opere fornibus Marmoratis instructum. Cuius adi-
 tus diuini numinis religionem: immo Religionem ipsam prese fert. Pontem ue-
 ro illum tuum fœlicibus auspiciis excitatis abaqua fundamentis: Murum Tiberi,
 non impostum: adeo Tiburtino lapide præstantem, ut tanta mole nihil Antiquita-
 ti remittatur: Cum non Janiculum modo ipsum: uerum Vrbs tota & artificio &
 impensa & utilitate illustretur. Quis satis digne efficer poterit: præsertim eum
 Valentianum Pontem Janiculum & Vrbis insulam continentem tantopere ante,

PROHAEMIVM

cellat; valitudinariam uero illam sancti spiritus/hospitalemq; egrotorum sedem
cottili latere ad Tyberis ripam tam elegantissime atq; lautissime ædificatam : qua
nihil ad usum melius, ad speciem pulcrius : ad gloriam diuturnius desideratur:
Quantam tui animi amplitudinem, Misericordiam, Caritatēq; denotat? Sed quid
ego aut uiarum descriptionem, aut arearum laxitudinem, aut edificiorū & templo-
rū totius urbis splendorem iam suæ uetus tatis amplitudinem ac suavitatem agno/
scens pluribus exequar, aut singula memorem, cum ipsius ciuitatis urbs tota, tan-
tam eiusmodi in reb⁹ profusionem ac studium tuum in primis adeo circumferat, ut
deformata antea nunc per te luculentissime exornata, non lætari modo de tuo pon-
tificatu, Sed gestire prope omnibus uideatur: & quo diuturnius id ei in hac summa
tranquillitate pacis & otii per te sit, diis præsidibus ac omniū rectori & moderatori
deo pientissime cōprecatur, Ad hanc igitur tui gloriam recognoscendam & littera-
rum monumentis immortalitati cōmendādā, omnes qui grati esse uolent, quicqd
studii ab eis impendi poterit, Nauare operam pro uiribus debet, ne officio in te suo,
& quidem cum uitio defuisse uideantur, qui si cui uel facultas defuerit, uel tempora
denegauerint, uel domestica cura retardauerit, uel ratio alia traduxerit, nihilo tamē
minus uoluntate & mente quæ bono cuiq; præsto est: referre tibi pro benemeritis
gratias debet, Ego uero ne in quo cæteros commoneo accuser ipse: & ne longi⁹ mea
uagetur oratio, ad officium tandem reuertar meum: ¶ Alexandriam pater beatissi-
sime Ptolemæi nostri urbem: totius prouinciae ægypti opulentissimam sedem ma-
xime clariusse ferunt: Quæ tametsi rerum omniū iocunditate & vbertate abunda-
ret: conditorisq; sui nobilitate urbes omnes anteiret, liberalium tamen artium stu-
dio & doctrina deflorescente: in grætia adeo floruit, ut uel i medicina is doctior ha-
beretur qui Alexandriæ operam se dedisse fateretur, Multos tulit ea Ciuitas doctissi-
mos homines gloriæ celebritate a scriptoribus exornatos: Aristarchū, grammaticū:
Herodianum: Dydiū: Amenium: Stoicum: Antipatrum: Diogenem: Archelaū:
Diodorum: morum etiam grauitate ac uita Antenodorum Cæsaris præceptorem: &
alterum quem Cordylon appellant: qui cum Catone & uixit diutissime & apud eū
placidissime functus est uita, Nestorem item achademicum Marcelli Octauiq; Peda-
gogum, Cum plures præterea alios in omni doctrinarum genere perfacūdos: & eru-
ditos, sed bona omnium uenia dixerim, eduxit (Antonino imperante) hunc Ptolæ-
mæū Regia stirpæ Oriundum, omnium sane philosophorum quos illa aluit & lit-
teris & ingenio & uirtute facile principem, Qui cum in Cleopatram Ptolæmeorum
regnum sub octauiano redacta in prouinciam ægypto desisset, priuatus ipse, regio
tamen animo & ingenio non ad sordida artifacia, non ad uitam desidiosam, nō ad
secessum in solitudinem se addixit, uerum in illo tunc celeberrimo Alexandrinæ ur-
bis gymnasio haud obscuris facultatib⁹: totum se ad litteras contulit, atq; in primis
in philosophia præclara humanae societatis parente, Auctore illo suo naturæ interpr-
te Aristotele contenta, deinde in mathematicis disciplinis (quibus uagantia Cœlo
sidera cognoscuntur) & quibus succurrēdum uidebat, plurimum insudauit etatēq;
omnem contruit, nam quom ipso ueri inuestigandi amore raperetur, uideretq; cœ-
lestia corpora in hoc corporato & aspectabili mundo, agitatione continua: & dispa-
ti fluitante nunquā uarian supra illa complexus est: quæ ratis ordinibus, immuta-
bilisq; constantia, & certitudine demonstrationis rectissime cognoscuntur, atq; per-
fectissime sciuntur: ubi perpetuorum corporum interualla, magnitudines: con-
uersiones, anfractus uarii multiplicesq; naturæ: perinde animo & ratione cer-
nuntur: atq; illa quæ oculis subiecta perspiciuntur, ut uiuere in terris homines:
& cum diis ipsis in tanto diuino Cœli ornati uersari uideantur, quarum cœlestium
rerum Motuumq; scientiam prisci illi exquisito ingenio uiri agitatione certa, Et ue-
ritate commoti: & primā omnium quesiuérū & omnium ultimā inueniérū, Exple-
uit uero & penitus absoluit Ptolemæus unus omniū doctissim⁹ & ingenii subtilita-
te usq; eo acerrimus, ut in astrorum speculationem e naturæ sinu, naturam ipsam

PROHAEMIVM

exorsiterit, prouocauerit, incertamenq; deduxerit: is enim solis lunæq; Magnitudinē uolutiones, Proportiones, incrementa detrimentaq; satis a maioribus cōmode trādita extitissent. Errantium uero fixarūq; stellarum ratio: & motus nō institutis certis & doctrina. Sed instrumentis etiam ab Hiparco perquisitis non ratam & perpetuā demonstrationis uiam afferre uoluit, huic quoq; parti homo non sibi sed aliis natuā ita consulere, quo deinceps nihil ad astrorum consumptionem, disciplinæ esset amplius a quo/q; postulandū, itaq; his suis libris ambitus, stationes, Cursusq; siderū, ac eorum motum omnem & statum (res profecto cognitu dignas omniumq; difficultiās) subtilissime agressus inueſtigauit, recte ab aliis inuenta comprobauit, deprauata correxit: ut solus de admirabilitate Cælestium rerum nullis angustiis aut conciſiis disputationibus illigatus commodissime scriperit, acute enodauerit, cumulatissime satis fecerit. Atq; eam disciplinam Græcis hominibus quos nondum ea Cælestis scientiæ gloria attigerat: non ipsius scientiæ terminis: sed sui ingenii finibus absoluſtissime importauerit. & cum nihil diminuti: Nihil superuacui, nihil præter rem, ab eo scriptum sit. Nullus ad eius inuenta & scripta potuerit aspirare. Harum igitut tātarum maximarumq; rerum momenta & rationes græcis litteris ab eo explicatas, A Patre autem meo (ut diximus) in eius tantis calamitatibus latinas editas, tuæ sanctiitudini despondeo, ut sub tui numinis tutela consecratæ ardorem iuidiæ restinguāt & in cōmūnē utilitatem propter quam tanti labores suscepiti sunt: felicibus tuis auctoriciis diuagentur: Ac si quando tibi ab hac rerum omnium procuratione & mole, animū uendicare recreareq; licuerit: Possis nouo hoc opere, numeris lineisq; interſincto diuinum Ptolæmei ingenium diuinis in rebus cognoscere. Quamobrē si labores nostri a tua sanctitate probabunt. Enīta profecto reliquis Trapezontianis libris nondum cuiq; inscriptis, Mea in te pietate, rursus tuorū in nos meritorū ratione presentibus posterisq; constare: Qui si præacceptis beneficiis partem gratiam referre non potero: id saltem quod implere possum profiteor & repromitto: Nullū silicet susceptorum beneficiorum officium apud me inter moritūrum, quorum magnitudinem memoria colā sempiterna. Accipiat ergo tua sanctiudo benigne (ut solet) opus multis lucubrationibus a patre meo elaboratum, qđ & si aliquibus p̄ tua pōtificia dignitate non dignum fore uidebitur Tui animum Tamen offerentis & abditarum scientiam rerum his euolutam libris minime abs te aspernari scio non enim hominib⁹ criminī aut fraudi fuit Deum immortalem famiis uasis, cultuq; tenuissimo coluisse: & simul me non præterit Magnum illum Alexandrum, Antigoni Arthaxarem offerentis studium magnopere comprobasse.

TABVLA

HAEC SVNT QVAE IN ALMAGESTO SEV.XIII.LIBRIS CLAVDII
PTOLAEMEI MATHEMATICAE CONSTVCTIONIS HABENTVR.

LIBER PRIMVS

	Cap.	Car.
Prohemium/Sive Proloquium/Prologus	1	1
De ordine huius doctrinæ & constructione speculationum	2	1
Qd sphericum est Clobiq modo cœlum circuoluitur	3	1
Qd Terra quoq; Sphærica sit ad sensum quantum ad uniuersas ptes	4	2
Qd terra in medio cœli sita sit	5	2
Qd terra quasi punctum est ad celestia comparata	6	3
Qd terra nullo motu progressivo moueatur	7	3
Qd duplex in cœlo primorū motuum differentia est	8	3
De particularibus deprehensionibus: ibi. Sed uniuersales qdem p/ libationes summatim atq; per capita ita breuiter.	9	4
De quantitate rectarū linearū quæ in circulo perducuntur: cum tabulis Arcuum & chordarum	10	6
De Arcu qui est inter tropicos	11	8
Theorematæ quæ ad sphæricas demonstrationes præmittuntur & de figura sectoris sphærica	12	9
De arcubus qui sunt inter æquatorem & círculū obliquum	13	9
De ascensionibus in sphæra recta	14	10

LIBER SECUNDVS

De uniuersali orbis terrarū situ qui a nobis habitatatur	1	II
Quomodo maxima diei data magnitudine/dantur horizon/ tis Arcus qui ab æquinoctiali & circulo obliquo intercipiuntur	2	II
Quomodo(eisdem ipsis suppositis) eleuatio poli detur	3	II
Quomodo inueniendum quibus & quando ☽ in uertice sit	4	12
Quo Gnomonū/æquinoctialis tropicæq; umbræ i meridieb⁹ capiat⁹	5	12
Expositio proprietatū per singulos parallelos	6	12
De Coascensionibus signorū & æquatoris in sphæra declivi	7	14
Expositio decamoriarū ascensionū seu tabula ascensionū p.x.gradus	8	16
De iis quæ particulariter ad ascensiones sequuntur	9	17
De angulis atq; arcubus qui in zodiaco circulo & meridiano fiunt	10	18
De angulis atq; arcub⁹ q; ab eode obliquo orbe atq; horizonte fiūt	11	18
De angulis atq; arcub⁹ us ad eūdem círculū ab illo fiunt qui est per polos horizótis.	12	19

LIBER TERTIVS

De magnitudine Annui temporis	1	24
De magnitudine anni & particularibus ☽ æqualibusq; motibus	2	24
De supputationib⁹ æqualis circularisq; motus	3	27
De apparente inæqualitate solari	4	28
De particularibus inæqualitatis ☽ portionibus	5	29
De tabulariæ differētiæ inæqualitatis ☽ cōpositione	6	30
De positione tabularum motus ☽ diuerſi	7	30
De inueniendo loco medii motus ☽	8	31
De motus solaris ☽ computatione	9	31
De Diei naturalis inæqualitate	10	31

TABVL^A
CLIBER QVARTVS

	cap.	car.
A quibus obseruationibus Accidentia examinanda sunt	1	32
De periodicis temporibus	2	32
De motibus æqualibus secundum partes suas	3	33
Expositio Regularum quæ medios progressus continent Seu Tabulæ medioz æqualiūq; motuum.	4	34
Q; dñ etiā in simplici suppositione tam excentricitatis q; epicycli suppositio eadem faciat apparentiam	5	37
Primæ ac simplicis lunaris inæqualitatis demonstratio	6	38
De Emendatione medioz lōgitudinis & inæqualitatis motuū	7	40
De locis æqualiū motuum tempore Nabonassari	8	41
De emendatione mediorum motuum latitudinis & de locis ipsorum In primo Nabonassari Anno	9	41
Expositio tabulæ primæ ac simplicis inæqualitatis	10	42
Q; dñ non penes suppositionum sed cōputationum differētias in/ æqualitatis quantitas diuersa est s̄m hypparcum	11	42

LIBER QVINTVS

De constructione instrumenti quod Astrolabium uocatur	1	43
De suppositione quæ ad duplē inæqualitatem pertinet	2	43
De quantitate hui⁹ inæqualitatis q; penes distatiā suā a Occidit	3	44
De proportione excentricitatis lunaris Circuli	4	45
De lunaris epicycli declinatione	5	45
Quō per līneas a motib⁹ periodicis Verus motus inueniatur	6	46
Expositio uniuersalis tabulæ lunaris inæqualitatis	7	46
Canon uniuersalis lunaris inæqualitatis Seu tabula diuersitatis uniuersalis	8	47
De uniuersali calculo lunari	9	48
Q; dñ nulla dīa fiat i ♂ atq; ♂ penes excētricū lunæ circulum	10	48
De aspectibus diuersitatis	11	49
De constructione instrumenti quo aspectus diuersitatis capit	12	49
Lunarium distantiarum demonstratio	13	49
De quantitate diametrorum & lunæ & umbræ quæ in ♂ et ♀ perspicuntur	14	50
De Solari distantia & iis quæ simul cum ea demonstrātur	15	51
De magnitudine ☽ & ☽ & terræ	16	51
De particularibus aspectuum diuersitatibus ☽ & lunæ	17	51
De tabula diuersitatis aspectuum	18	52
De diuersitatibus aspectuum discernendis	19	53

Empedocles duplā esse a terra ad distantiam asseruit		
Quidā uero mathematici diligentius p̄scrutantes decies octies		
Eratosthenes sole in distare a Terra. 308. stadios Myriadas	3080000.	Stadiorum
	385000.	Miliarioū
Lunam uero a Terra. 78. Myriadas stadiorum	780000.	Stadiorum
	97500.	Miliarioū

LIBER SEXTVS

De coniunctionibus atq; oppositionibus solis & lunæ	1	55
---	---	----

TABVLA

	Cap.	Car.
Quo mediae cōiunctionū atq; oppōnū cōponēdæ sint tabulæ.	2	55
De synodis atq; pleniluniiis	3	55
Quo periodicas & ueras cōiunctiones & oppōnes cōsiderare oportet	4	57
De eclipticis ☽ & ☽ terminis	5	58
De distantia eclipticorum Mēnsium	6	59
De tabulis eclipticis	7	60
Tabula eclypsium luminarium	8	63
Luminarium eclypsium computatio	9	64
Solarium eclypsium computatio	10	65
De inclinationibus quæ in eclypsibus sunt	11	66
Tabula declinationum & inclinationum	12	66
Inquisitio inclinationum	13	67

LIBER SEPTIMVS

Qd stellæ non erraticæ semp eundem inter se sitū seruent	1	68
Qd nō erraticarum etiam sphæra motu quadam ad successionem sif/ gnorum progreditur,	2	69
Qd in polis circuli obliq ad successionē nō erraticarū *sphera mouet	3	69
De modo descriptionis fixarum	4	72
De constellationibus in Sphæra solida fabricandis	5	72

LIBER OCTAVVS

Expositio tabularis cōstellationis hemispherii Australis	1	79
De lactei circuli situ	2	85
De sphera Solida fabricanda	3	86
De propriis erraticarum aspectibus.	4	87
De coortibus & in medio cœli locationibus cooccaſibusq; fixarū	5	88
De apparitionibus & occultationibus fixarum.	6	88

LIBER NONVS

De ordine globorum ☽ & ☽ cæterarūq; stellarū erraticarū.	1	89
De difficillimo suppositionū modo in. s. planetis.	2	89
De periodicis restitutionibus. s. planetarum	3	90
Tabula mediorū motuum lōgitudinis & inæqualitatis. s. planetarū	4	91
De iis q̄ p̄mittunt ad doctrinā motuū. s. planetarum	5	98
De modo & differentia suppositionum	6	98
Demonstratio maximæ lōgitudinis & motus eius	7	99
Qd ☽ stellæ bis pxima terræ in una reuolutione fit	8	100
De proportione ac magnitudine inæqualitatū ☽	9	101
De periodicis ☽ motibus	10	102
De locis periodicorum motuum ☽	11	103

LIBER DECIMVS

Demonstratio maximæ longitudinis stellæ ☽	1	103
De epicycli ☽ magnitudine	2	104
De proportionibus excentricitatis stellæ ☽	3	104
De emendatione periodicoru ☽ motuum	4	104
De locis periodicorum motuum stellæ ☽	5	105
Hæc p̄mittunt ad ea q̄ de reliq̄ planetis demonstrant	6	106

TABVLA

cap. car.

Demonstratio excentricitatis & maximæ longitudinis σ	7	106
Demonstratio magnitudinis epicycli, σ	8	108
De emendatione periodorum motuum σ	9	110
De locis periodorum σ motuū tempore Nabonassari.	10	110

LIBER VNDECIMVS

Demonstratio excentricitatis & maximæ longitudinis stellæ γ	1	111
Demonstratio magnitudinis epicycli γ	2	113
De emendatione periodorum motuum γ	3	113
De locis periodorum motuum γ	4	114
Demonstratio excentricitatis η & maximæ longitudinis eius	5	114
Demonstratio magnitudinis epi. η	6	116
De periodorum. η . motuū emendatione.	7	117
De locis periodorum. η . motuū tpe Nabonassari	8	118
Quomodo a periodicis motibus apparentes ac ueri capiantur	9	118
De faciendis inæqualitatibus tabulis	10	118
De computatione motus longitudinis. ζ . planetarum	11	121

LIBER DVODECIMVS

De iis quæ prætermittuntur ad Regressus planetarum demonstrandos	1	122
Demonstratio Regressum. η	2	123
Demonstratio Regressum. γ	3	124
Regressum σ Demonstratio	4	125
Regressum Ω demonstratio	5	125
Regressum γ Demonstratio	6	126
Computatio tabulæ Stationum	7	127
Tabula Stationum. ζ . planetarum.	8	128
Maximarum a \odot distantiarum. Ω . atq; γ	9	128

LIBER DECIMVSTERTIVS

De suppositionibus q̄ ad motus latitudinis. ζ . planetarum pertinent	1	130
De modo motus latitudinis secundum suppositiones inclinationū atq; obliquationum.	2	130
De singularium inclinationum magnitudine	3	131
De cōponendis particulariū latitudinis motuū tabulis	4	132
Tabula latitudinū. ζ . planetarum	5	136
Calculus Remotionis. ζ . planetarum fī latitudinem	6	139
De apparitionibus atq; occultationibus. ζ . planetarum	7	139
Qd etiam Apparitio Ω atq; γ propria cū suppónib⁹ ad unguē fit	8	140
Doctrina ad particulares a \odot distātias apparitionū atq; occultationū	9	140
Tabulæ apparitionum & occultationum. ζ . planetarum	10	141
Conclusio totius uoluminis	11	141

MAGNAE COMPOSITIONIS CL. PTOLE
MAEI ALEXANDRINI LIBRI A GEORGIO TRAPE
ZVNTIO E CRAECO CONVERSI PER

L. CAVRICVM CASTICATI

**Eroptime inibi videtur**

o Syre. Qui bene philosophati sunt, Speculativam philosophiae partem ab Actiuæ separasse, Nam & si actiuæ accidat parti: ut prius speculativa sit, Magna tamen differentiam in ipsis inuenies, non solù quia nō nullæ uirtutes morales absq; disciplina etiā multis in esse possunt: Cum speculativa scientiam sine doctrina consequi impossibile sit, Veruetiam quia maxima utilitas in altera ex sequenti actione quæ in ipsis rebus habetur, in altera ex progressu speculatio- num fieri solet. Hinc opus esse nobis putauimus: ut actiones quidem cogitandi motibus sic tēperemus, q̄ ne in minimis quidem, cōsiderationis eius obliuiscamur: quæ ad pulchrā ordi- natamq; mentis constitutionē perducat. **O**tium autē maxime ad doctrinam Theo- rematū (quæ plurima pulcherrimaq; sūr) & precipua illorū quæ propria mathema- tica dicunt cōuertamus. Cōmode nāq; admodū Aristoteles speculativa partē i tria rursus genera partit⁹ phycū, in mathematicū, theologicū. Nā cū res oēs: ex materia & forma & motu constent, quorū singula quāvis minime seorsum a subiecto inspici possint: intelligi tamē sine reliq; possunt. **C**Primā quidē primi oīum motus cau- sam si quis in summa simplicitate accipiat: Deū inuisibilē atq; imobilē arbitrabit⁹: & doctrinæ genus, quod i hoc uerſat⁹, theologicū appellabit. Altissima enī mūdi actus hic superat, & a sensibilibus oīo substatiis separatus super illa penitus intelligitur. **C**Genus autē: quo materiales qualitates quæ semp̄ mouent inqrimus: quodq; cir- ca molle ac dulce: albū & calidum & similia uersatur, iure physicum nuncupabit⁹. Cum eius substantia incorruptilibus plerumq;, & sub lunari orbe inueniatur. **C**Quocautē formarum progressuorumq; motuū naturam ostendit. Figurae insu- per ac magnitudinis & ad hāc multitudinis, loci, temporis atq; similiū scientiā scrutatur: id doctrinæ genus Mathematicum esse diffiniet. Quippe res istae inter duas superiores consistunt. Non solū quia & sensu & absq; sensu percipi possunt. Verum etiā quia omnibus simpliciter rebus tam mortalibus q̄ immortalibus acci- dunt. Cum in iis quidē quæ semper mutantur, s̄m separabilem formam cōmuten- tur. In iis uero quæ perpetuæ nature ac æthereæ sunt, i cōmutabilitatem formæ im- mobilem seruēt. **C**Quia igitur hinc intellectimus duo speculationis genera conie- cturæ. Magis q̄ certioris sciencie nomine appellari posse. Cum theologicum in com- prehensibile sit. Naturale autem propter instabilitatem materiae uix percipi possit, atq; propterea nunq; de ipso conuenire posse, philosophantes arbitremur. **C**Solū uero mathematicū (siquis recte ipso utatur) firmā & immutabilem scientiā affe- ret, quoniam demonstratio, Arithmetica, Geometricaq; uia & rationæ, pcedit: qui- bus dubitatio longe abest. Placuit huic generi pro uiribus maxime subuenire, ac præcipue illi eius parti quæ de diuinis atq; coelestibus corporibus est. Sola enī hāc de perpetuis (quæ semper eodē modo se habet) considerat. Et propterea ipsa quoq; potest sine cōfusione semper eodē se modo habere ac percipi, quod propriū scien- tiæ est. Ad cetera quoq; genera (nō minus q̄ illa) ipsa cōferre uidetur. **C**Hāc enim, ad Theologicū genus, uiam maxime præparat. Nā sola recte propinquitatē accidētiū sensibilibus substatiis, & mouētibus quidē motisq; Perpetuis uero atq; impas- sibilib;is, motibus quoquæ ipsis motuūq; ordinibus, immobilem & separatū actū intelligere quodammodo pōt. **C**Ad naturale quoq; genus nō parum cōducit, quū

Almage.

a

CNam & ad theologicā scientiam hec maxime nos ducit, quū sola possit recte considerare imo- bilem & inseparabilem substatiam, ab earum ui- cinitate quā sensibilibus quidē mouētibusq; ac motis, eternis uero & impossibilibus substantiis accidat, tū circa tōnes, tū circa ordines motuum.

conformis totius naturalis substantiaz proprietas a progressu motus conditionibus apprehendatur/ueluti corruptibile quidem atq; incorruptibile a recta atq; circulari/grauie autem atq; leue aut passiuu aut actiuum ab eo quod est ad medium atq; a medio. ¶ Atqui ad motum actionumq; decorem hæc pre cæteris aliis/nos propter diuinorum rerum similitudinem & mesuram/faciet maxime perspicaces,amo resq; diuine huius pulchritudinis studiosis iniiciet/& ad similem animæ statu/qua si natura,propter speculandi consuetudinem deducet.Nos igitur hosce amores ipe culationis rerum sempiternarum continue augere uolentes. Quæ quidem inuenta haec tenus sunt:ab iis didicimus qui uere ac exquisite his disciplinis inheserunt, & ipsi tantum afferre atq; addere conabimur. Quatum fere tempus/quod iter nos & illos iterfuit,addere potest. Quæ igitur ad presens,luce clarus perspeximus,Ea omnia q; breuiter aperteq;(ut uel qui aliquatum in doctrinis prægressi sunt,siue hanc scientiam degustarunt facilius percipere possint)commentari & literis mandare conabimur. Verum ut absolute negotium hoc habeatur,cuncta quæ ad inspicienda cælestia conferunt serie sua exponemus.Sed ne longa nobis oratio contexatur: quæ quidem a priscis exacte inuenta sunt:ea breuius enarrabimus. Quæ uero uel nondum/uel nō comode tradita sunt:ea pro facultate nostra/latius exponemus.

¶ De ordine huius doctrinæ.

Cap. I I.

 R O P O S I T I A V T E M negotii huius illud precedit: ut uniuersalem terre totius habitudinem ad totum cœlum perspiciamus. Particularium uero quæ deinde sequuntur: Primum est: ut de obliqui circuli situ & loco, habitibiliū consideremus:& ad hæc differētia q; i ordine penes inclinationes p unūquæq; horizonta alterius loci ad alterq; fit:Hæc enim consideratio si præcesserit,faciliore ad consideranda reliqua uia præbebit. Alterū ut de solari motu atq; lunari:& de accidentibus suis doctrinam afferamus. Nam nisi q; hæc prius tenuerit,non erit possibile stellarum percipere accidentia. Ita cum ad extremum fiat sermo de stellis. Quæ quidem ad orbem stellarum pertinent: quas fixas appellare solent,iure præcedent. Sequentur autem quæ ad erraticas quandoq; accommodantur. Horum singula tanq; principiis ad inueniendum & quasi fundamētis usi,partim iisquæ perspicua apparent. Partim certis priscorum nostrisq; observationibus/demonstrare conabimur:& consequenter eis linear demonstrationum uia ratiōe accommodabimus. Uniuersale igitur quod præcedit huiusmodi est. Quod cælum sphæricū est,& globi modo peruoluitur. Quod terra quoq; sīm uniuersales suæ partes accepta,quo ad sensum sphaerica est atq; globoſa. Situ uero in medio totius cœli/centro simillima collocatur. Magnitudine autem atq; distantia ad fixarum stellarum sphærā tanq; punctum se habet,nulloq; progressu motu mouetur. De quorum singulis pauca breuiter(ut in memoria reducatur)nobis perstringēdā sūt.

¶ Quod sphæricum est/globiq; modo cœlum conuoluitur.

Cap. I I I.

Cœli figuram esse sphæricam & motum eius circularem.



R I M A igitur principia ab huiusmodi obseruatione ueri similiter a priscis hominibus inuenta mihi uidentur. Solēm enim & lunam aliasq; stellas ab ortu semper ad occasum in æqui distantibus inter se circulis ferri uidebant,ita ut incipientes ab inferioribus quasi ab ipsa terra sursum feratur. Paulatimq; in altiora cōscēdere uidebatur,rursumq; proportiona liter circuolui atq; descendere/quousq; omnino(quasi in terram inciderint)pereant. ¶ Temporeq; aliquo iterfecto,rursumq; perspiciebat quasi ab alio principio oriri atq; occidere:& ad hæc tempora & ad hæc ortuum occasuumq; loca similiter atq; ordine certo in uniuersum redire: sed stellarum/quæ semper cernuntur, circuolatio quæ circa idem semper uertitur cœtrum,ut cœlum sphæricum esse crederet,maxime illos compellebat. Necessario enim punctū illud cœlestis sphære polus efficiatur/cum stellarum quæ ipsi centro propinquiores sunt in minoribus circulis puol,

uantur. Quia uero remotores sicut proportionem distantiarum maiores circulos faciunt, donec ad eas quae occidunt distantias ueniant, quarum etiam propinquiores illis quam semper cernuntur breuiori tempore occultari uidebant. Remotores autem proportionaliter maiore. Propter haec igitur sola predictam opinionem primo habuerunt, deinde reliqua quoque consequenter intellexerunt, quum omnia simpliciter quae apparent contrariis opinionibus suo testimonio repugnet. Nam si quis stellarum motum recte ad infinitum ferri supposuerit, ueluti non nulli putarunt, quae nam via & quae ratio excogitari poterit? Quare ab eodem quotidie initio ferri cernantur, quae enim pacto stellae in infinitum profectae regredi possent? Aut quomodo regressus earum ne cerneretur. Aut quomodo magnitudines earum ita sensim non minuerentur. Ut tandem nullae uiderentur. Nunc uero contra maiores quidem in ipso uidentur occasu & sensim ita occultatur. Ut ab terrae superficie ipsius quasi obitice obteguntur, uideantur incendi autem ipsas a terra rursusque in terram extingui absurdum omnino atque irrationaliter uidetur. Nam quis eam in magnitudinibus & quantitatibus earum in distantias locis, atque temporibus, seriem, casu & absq; ratione fieri concederet? Præterea partem quidem aliam terrae incendendi naturam habere. Alio uero extinguendi. Immo autem eandem aliis incendendi, aliis extinguendi, etiam stellarum easdem aliis incensas, iam autem extinctas esse: alias nondum. Siquis in qua haec omnia ridicula concederet, quid de apparatis semper dicemus? quae nec oriuntur nec occidunt? Aut quae de causa quae incenduntur & extinguuntur non ubique illico oriuntur uel occidunt? Quia uero id minime patiuntur, semper super terram ubique sunt. Nam exdem non possunt aliis incendi extinguique semper: aliis nunquam istorum aliquid pati. Aperte namque patet easdem stellas apud alios quidem orientatque occidere. Apud alios autem neutrum istorum facere. Et ut breuiter perstringam, quamcumque aliam motus cœlestium figuram preter globosam quisque super posuerit. Necesse erit in euales distantias a terra ad superiorum partes corporum fieri, ubiqueque & quomodo cumque situm ipsius posueris, ut & magnitudines & distantiae stellarum ad inuicem in euales eisdem in singulis circunductiōibus uideantur, quasi modo magis: modo minus distarent, quod accidere nequaquam uideamus. Namque iuxta horizontes maior magnitudo stellarum uideatur: non distatiae paruitas id facit, sed huiusmodi terra obeuitis euaporatio qui inter uisum nostrum & stellas ipsas exhalet, ueluti maiora aquis submersa uidentur: & quod tamen maiora quanto præstidiora petierint. Sed illa quoque ut sphærica esse cœlestia sentiamus. Còpellūtque nulla alia figura supposita preter ista structuræ instrumentorum conuenire possunt, que cum cœlestium motus nulla re phibeatur & facillime omnium uoluatur. Figuras quoque omnium in superficiebus quodam circularis, in solidis uero sphærica facillime mouetur. Quoniamque capatores ex diversis figuris equaliter habentibus ambitu ille sint: quae plures angulos habent. Circulus quodam planis, Sphæra uero solidis capatoribus inuenitur. Cœlū autem ceteris oibus corporibus capatus est. Sed ad hanc sententiā naturalia etiam quædam impellunt, ueluti: que corporibus uniuersis subtiliorum partium magis quam similiū æther est. Superficies autem corporum quae similiū partium sunt similes partes habent. Solae uero superficies in planis quodam circularis, in solidis aut sphærica similiū partium sunt. Quoniam igitur æther solidus sit globosum esse necesse est. Præterea terrestria quidem corruptibiliaque corpora ex rotundis uniuersaliter natura qualius ex dissimiliū partium figuris constituit. Aether uero diuinaque omnia ex similiū partium atque sphæricarum. Nam si plana uel concava essent: non omnibus (quæ ex diuersis terræ locis, in eodem tempore cōspiciunt) circularis esse figuræ uideretur, quas ob res quoniam æther (rationabile est etiam quod haec cōtinet) naturæ similius similiūque partium sit sphæricus & circulariter equaliterque feratur.

CQuod terra quoque sphærica sit ad sensum qualium ad uniuersas partes. Cap. IIII.

VOD ETIAM TERRA sicut cunctes partes accepta sphærica sit ad sensum: sic maxime intelligemus: Solem enim & lunam aliasque stellas uidere licet non secundum idem, in omnibus terris oriri atque occidere: sed prius semper orientalibus, posterius autem occidentalibus. Nam quae

Almageste.

Terram esse
rotundam.

L I B E R I

in eodem tempore fiunt eclipses & maxime lunares, nō in eisdem horis idest equa liter a meridie distantibus apud omnes conscribi inueniemus: sed semper apud orientaliores obseruatas cōscriptasq; horas posteriores illas fuisse quæ ab occidente talibus obseruatae sunt. Cūq; horarum etiam differentia terrarum distantia proportionalis inueniatur: non absurde terræ superficiem globosam esse quispiam affirmabit: qm̄ similitudo partium quæ per omnes partes propter rotunditatem accipitur proportionaliter semper iis qui deinceps sunt se ipsam obiicit quod accidere nō posset, si alia q; sphærica terræ figura esset. ¶ Quod ēt inde patet/nam si cœa esset occidentalioribus orientes stellæ prius uiderentur. ¶ Si plana in eodem tempore omnibus simul qui in terra sunt orientur atq; occideret. ¶ Triangularis uero si esset aut qua tuor angulorum uel cuiusvis plurium angulorum) figuræ omnibus similiter, q; ea, dem rectam lineam habitat/quod nullibi fieri uidetur. ¶ Quod autem nec chyldri quidem formam habet ita q; rotunda quideam superficies ad ortum atq; ad occasum uera sit planarum uero basium latera ad mundi polos/quod quasi uerisimile aliqui putarent, inde perspicuum est/ quod nulla unq; stella semper cōuexam habentibus superficiem, cerneretur/sed autem omnes omnibus orientur atq; occidentur/aut eadem & equaliter ab utroq; polo distantes omnibus semper apparerēt. Nūc uero quanto magis ad septentrionem progreditur tanto plures australiorum quidē stellarum occultantur. Borealiorum autem cernuntur. ¶ Vt hinc pateat q; etiā hæc terræ globofitas obijices proportionaliter ad laterales faciens partes sphæricam figurā undiq; ostēdit. ¶ Ad hæc si oibus aut qbusdā altioribus locis a quois & ad quē uis angulū nauigātes accedimus/paulatim magnitudines eorū accrescere uidentur, quasi ab ipso mari emergat quæ antea submersa pp cōuexā aque superficie uidebant.



¶ Quod terra in medio cœli sita est.

Cap. V.

Terram in me-
dio mudi sita ēt



A C R E P E R S P E C T A/ si quis deinceps de situ terræ certius dicere uelit sic profecto quæ iuxta ipsam apparent, accidere solūmodo intelliget/si tam in medio cœli quasi sphæra centrum posuerit. Nam si sic se res non habeat/aut oportebit quod ipsa sit extra axem & equaliter ab utroq; polorum distet: aut in axe/ita ut ad unum polorum magis accedat/aut nec in axe neq; ab utroq; polorum æqualiter distet. Ad primum igitur ex his tribus situm, illa maxime pugnant. Nam si sursum aut deorsum extra axem intelligatur, accidet ut quum i duo semper inequalia quod supra terrā & quod sub terra ē ab horizonte disperentur, nūquā in recta sphæra equinoctiū fiat. In obliqua uero sphæra uel nūquā, uel non in medio transitu ab altero solstitionum æstiuo dico atq; hys malis ad alterum. Nam hæc spatia inæqualia necessario fierent. Non enim æquinoctialis/maximusq; paralellorum circulorum qui in polis circulationis describuntur diuidetur ab horizonte in duo æqualiter. Sed unus æquidistantium ei uel borealiū magis uel australium. Sed apud omnes simpliciter constat hæc spatia æqualia esse ubiq;: qm̄ & diei ab æquinoctio incrementa donec ad maximum diem in æstiuibus solstitionis perueniatur æqualia sunt dierum decrementis/ad minimum usq; solstitionum hyemalium diem. ¶ Si uero ad ortum uel occasum idest ad aliquorū partes rursus accedere supponatur: Nec magnitudines & spatia stellarum sūm orientalem & occidentalem, horizonta æqualia eadēmq; eisdem erunt/nec ab ortu ad meridiem tempus æquale illi erit temporis quod a meridie ad occasum est: quæ omnia iis quæ apparent omnino repugnant. ¶ Ad secundam autem opinionem qua sic in axe ponitur ut ad alterum polorum magis accedere intelligatur. Ita rursus quispiam responderet: quia si sic res se haberet, & in singulis climatis, horizontis superficies cœli partes duas quæ super terram & quæ sub terra est sūm alium atq; aliū accessum & ad seiphas & ad inuicem semper inæquales differenter efficeret: nec nisi in recta solūmodo sphæra in duas æquales posset separare. In obliquatione autem quæ propinquiorem polum semper facit manifestum partem (quæ super terrā est) semper minueret: & sub terram omnia augeret. Vnde accideret ut maximus quoq;



circulus qui per medium signorum est inæqualiter ab horizontis planitie dividetur/quod minime ita se habere uideretur. Sex enim semper omnibus super terram apparent signa/& sex reliqua tunc non apparerent. Deinde rursus cum illa super terram integre apparuerint/tunc reliqua non uiderentur, ut hinc perspicuum fiat portiones quoq; zodiaci in duo æqualia diuidi ab horizonte, quoniam iidem semicirculi modo super terram/modo sub terra integri sunt, & omnino nisi terra sub ipso æquinoctiali sita esset. Sed ad septentrionem uel meridiem ad alterum polum approximaret eueniret ut ne ad sensum quidem in æquinoctialibus diebus orientales Cthonionū umbræ in æquidistantibus ab horizonte superficiebus ad rectam cum occidentalibus lineam fierent/quod ubiq; consequi aperte perspicitur. Hinc autem patet, nullum etiā tertiam opinionem locum habere namq; primis repugnant, ipsi quoq; repugnant: & ut breuiter perstringam uniuersa series quæ indecrementis incrementisq; dierū & noctium perspicitur, nisi medium terra situm obtinere ponatur, penitus confunderetur, & ad hæc lunæ quoq; defectus est/eclipsisq; in qbuscūq; partibus cæli acciderent non possent in opposito solis loco fieri. Cum sepius terra nō in oppositione sed in minoribus semicirculo spatiis seipsum illis opponeret.

Quod terra quasi punctum est ad cælestia comparata.

Cap. VI.



VO D V E R O puncti (quantum ad sensum pertinet) proportionē Terram respectu fir-
habet terra ad spatium quod est usq; ad stellarum (quæ fixæ uocātur) mamentu uicem pun-
sphærām. Magno illud argumēto est: q; ab omnibus terræ partibus ma-
gnitudines stellarum atq; distantiæ in eisdem temporibus æquales si-
milesq; uidetur, quemadmodum obseruationes in diuersis climatibus factæ ostendunt. Quibus nec minima quidem discrepantia inuenitur, accedit q; gnomones in
quacūq; terræ parte ponantur, & armillarum centra & sphærarum idem possint ac-
fi in centro terræ ueraci/perspectiones. n. & circūdūctiones umbrarum ita conuenientes suppositionibus apparentium conseruant, quæ admodum si a puncto quod i
media terra est fierent. Hæc ita se habere illud etiam signo est, q; superficies quæ un-
diq; a uisibus nostris educantur, quas horizontes appellamus totam cæli sphærām
in partes æquales diuidunt semper, quod non fieri. Si ad distantiā cælestium sensibili-
s effet terræ magnitudo. Sola enim superficies quæ per terræ centrum educere-
tur, sphæra diuidere posset æqualiter. A quacūq; autē ducere' planitie terræ, pp sub-
terraneas partiones maiores his faceret, quæ sub terra inueniuntur.

Quod terra nullo motu progressivo mouetur.

Cap. VII.



ER E A D E M V E R O demōstrabitur. Nullo modo terram ad pre-
dictas laterales partes moueri, aut unq; cœtri locum mutare. Eadē enim, Quod terra motum
euenirent, quæ (si alium situm preter medium haberet) acciderent, qua-
re si quis causas motus grauium ad medium quærat, frustra mihi facere
uidetur. Cum re ipsa manifestissimum sit & terram medium mundi locum posside-
re, ponderosaq; omnia fieri ad ipsam. **I**llud autem ad istius rei intelligentiā fa-
cillimū est atq; paratissimum, q; cum sphærica terra & i medio totius (ut diximus)
demonstrata sit, in omnibus simpliciter partibus eius, grauium corporum inclina-
tiones & motus proprios, ad rectos (ad illam semper & ubiq; superficie angulos,
fieri) quæ per descendentium contactum æqualiter educit. **P**atet enim (quonia
sic se res habet) q; si grauia non impeditur itaq; a superficie terre non repercu-
rentur omnino ad ipsum centrum peruenirent, presertim quia linea etiam quæ re-
cte ad centrum ducit, ad rectos se illius planitiei semper angulos accommodat, quæ
in ipso incisionis contactu sphæram attingit. **Q**ui autem incredibile putauerūt
nechacerere alicubi, nec ferri tantum terræ pondus, ii mihi uidentur non ad proprie-
tatem totius, sed ad passiones suas ipsorum respiciētes hæc comparare, atq; ita plu-
timum aberrare. Non enim mirum eis uisum in hoc putarem, si animaduerterent.

hanc terræ magnitudinem uniuerso continenti comparatam corpori puncti proportionem habere. Ita enim possibile uidebitur, quod proportio minimum est a uere maximo (quod similium partium est) substineri æqualiter undiq; inclinatio ne ac simili compulsiu; quum nihil deorsum aut sursum in mundo ad ipsum sit. Ve luti nec in sphæra unq; tale quid intelligere quispiā poterit, quāuis quæ in ipsa crea tur quantum ad proprium naturalemeq; motum suum, leuia quidem & quæ subtilium partium sunt ad exteriora, & quaf; ad circūferentiam eleuentur. Videanturq; motum ad singulorum superiora facere, quod ideo ita fit quoniam quod super caput nostrum est, quodq; sursum uocatur, ipsum quoq; quaf; ad continentem superficiem tendit. Grauia uero grossarumq; partium omnia autem ad medium & quaf; ad centrum ferat, ad inferiora cadere cernuntur. Idq; ideo quoniam est contra quod sub pedibus nostris est deorsumq; uocatur, ipsum quoq; tendit ad centrū terræ ideo non absq; causa circa medium hæc ab incursu alterius ad alterum & similiter undiq; atq; æquali collisione compensantur, quas ob res non irrationaliter totū firmamentum ita maximum respectu eorum esse percipitur, quæ ad eam etiā minimi ponderis impetu feruntur, ut quiescens undiq; cadentia in ipsam recipiat.

CQuod si communis cæteris pôderibus singularisq; motus ipsi quoq; inesset. Pater quia propter tantum (sui magnitudine) excessum uniuersandum deferetur, præueniret, cæterisq; relictis in aere animalibus, dico aliisq; ponderibus: ipsa uelociſſime extra cœlum quoq; ipsum excideret. Verum hæc ridiculosissima omnium intelleſtu uidentur.

CNonnulli autem (quum nihil uerisimilius obici iſtis arbitremur) hæc quidem concedunt. Nihil uero putant sibi resistere posse. Si cœlum (uerbi grauia) immobile supponant, & terra ab occasu ad ortum in eodem axe reuolui singularis diebus una poene reuolutione, aut etiam utrūq; quandocūq; moueantur dummodo circa eundem axem (ut diximus) & utriusq; motui conuenienter.

CHos quippe fugit quantum ad apparentia quidem in stellis pertinet, nihil forsan prohibere, si quis simplicius consideret sic ista se habere. Ab accidentibus uero quæ circa nos & in aere accidunt ridiculosum ualde id uidebitur. Nam ut eis concedamus q; quæ subtillissimarum partium ac leuissima sunt, aut nullo modo moueri quod preter natum est: aut non aliter q; ea quæ cōtrarie sunt naturæ. Quū quæ in aere hæc minusq; subtilium partium sint aperte atq; præ oculis uelocius q; terrestria omnia ferantur.

Cūq; grauissima grossissimarumq; partium proprium motum sic uelocē æqualēq; faciant (cūq; ipsa terrestria rursus) nec ab aliis quidem nisi apte non nūq; moueri posse omnes concedant, illud negare non possunt reuolutionem terræ, si sic uoluenter omnium simpliciter motuq; quæ circa ipsa fuit uelocissimam fore, quippe quæ tantam in breui tempore reuolutionem absoluueret. Ut cūcta quæ in ipsa non sunt uno semper motu terræ contrario moueri uiderentur. Ita nec nubes: unq; nec aliud quicq; uolitantium aut projectorum ad ortum ferri cerneretur. Sed omnia ipsa terra preueniret motuq; ad ortum ita resisteret. Ut cætera uniuersa progredi ad occasum derelicta uiderentur. Nam & si aera dicant similiter æquali q; uelocitate cū ipsa cūducit nō minus tamen quæ in ipso aere concrescent semper posterius ab utriusq; motu relinquenter.

CVel si etiam ipsa quasi aeri coniuncta, una cum ipso circuideretur, nullum tamen præuenire aliunde auf poene sequi cerneretur. Sed manere semper, ita ut nec in uolatu nec in actu aliud ab alio præueniretur, quæ omnia sic aperte fieri oculis cernimus, ut nulla tarditas omnino: nullaq; uelocitas (quoniam) am terra fixa non stet accidere ipfis uideatur.

CQuod duplex in cœlo primorum motuum differentia est. Cap. VIII.

Motus celestes
in duplice diffe
rentia reperiuntur.



A S S V P P O S I T I O N E S necessario ad particulares doctrinas, ipsarumq; consequentia prælibasse ac ad hæc usq; summatum dixisse sufficiat. Ab ipsa enim eorumq; consequenter & deinceps demonstrabuntur ad ea quæ apparent conuenientia sic confirmabuntur comprebunturq; ut refutari nequeant. Sed ad hæc illud quoq; ut uniuersalium quiddam

putare quispiam non iniuria prelibandum, q̄ duæ primorum motuum in cœlo dif-
ferentiaæ sunt. Altera qua oīa in occasum ab ortu feruntur, similiter semper & æque
uelociter in æquidistantibus inter se circulis qui apolis scilicet sphæræ describuntur
illius quæ omnia æqualiter circūducit. Horū maximus circulus æquinoctialis uoca-
tur, quoniam solus ipse ab herizōte qui & maximus est in duo æqualia semper diuidi-
tur. & solis inuolutio quæ in ipso fit, æquinoctium ubiq; ad sensum facit, altera qua
stellarū sphæræ contra predictum motum in aliis q̄ in polis primæ circunductionis
pgressus faciunt quosdā. Hæc ita se habere supponimus, quia ex quotidiano quidē
aspectu uniuersa tūmplerūt celestia in uniformibus & æquidistantibus æquinoctiali
li circulo/locis ipsis oculis ortus mediq; cœli ascensus & tādē occasus facere cernū-
tur, quæ res ipsius primi motus propriū est, ex frequētiori aut obseruatione atq; con-
tinua cæteræ omnes stellæ eas distatias quas iter se habēt cōseruare uidetur, & pprie-
tates suas quas habēt ad loca primi motus ppria eodē modo maxime, solē autem
atq; lunam erraticasq; stellas pgressiones facere quasdam cernimus, & si uarias atq;
inter se inæquales omnes tamen uniuersaliter ad ortus relataq; partes a seruatisbus
eisdem distantias stellis, & ab una quasi sphæra circūductis, si erga huiusmodi erra-
ticarū pgressus stellarū in æquidistantibus ab æquinoctiali circulis fieret: idest circa
eos polos a quibus prima efficit circūductio: satis recte quispiā posset una eandēq;
omnium eē circūvolutionē: quæ primā sequeret: credibile nāq; uideref pgesum
earū nō ppter oppositū motum (sed quoniam relinquerētur fieri) Nūc uero simul cū
pgressibus ad ortum/ad septētrionē etiā uel meridiem accedūt, ita ut ne quanti-
tas qdem huius accessus æqualis cōspiciatur, ut hoc accidēt per pulsiones quasdam
in ipsis fieri uideatur, quoniam quātum ad hanc existimationem inæqualiter fit, quī
ordinate/quod ab obliquo ad æquinoctiale circulo efficitur. Vnde is circulus unus
atq; idem & erraticarum proprius esse comprehenditur, quāvis quasi exquisitus a
motu solis describitur, in quo semper & luna & erraticæ quinq; uersantur. Nec mi-
nimū ab interiso per ipsum ad utrāq; partem accessu excidant, Verum quoniam
maximus hic circulus esse cognoscitur. Nam & in æquinoctiali, & borealior & au-
stralior ipso sol fit, & in uno eodēq; ille (ut diximus) erraticarum omnium progres-
sus ad ortum sunt, necesse fuit alterum ab uniuersali motu hunc constitutere qui cir-
ca polos obliqui circuli sic intellecti, & qua primū motū moueretur. Si ergo descri-
bi per utrosq; predictorum circulorum polos. Maximum circulū intelleximus, ne
cessario utrūq; illorum æquinoctiale dico atq; obliquum in duo æqualia & ad re-
ctos secabit angulos quatuor, in obliquo circulo puncta fient, duo quidem ab æqui-
noctiali opposita inter se quæ uocant æquinoctialia, quoq; quod ad septētrionē me-
ridie procedit uemale, quod hinc oppositū est autunale nūcupatur. Et duo quæ fūt
a circulo inter utrosq; polos descripto, & ipsa opposita iter se hæc solstitialia nomi-
nantur, quoq; quod ab æquinoctialis meridiæ est, hyemale: quod ad septētrionē esti-
uale uocatur, intelligitur autem unus ille primusq; motus qui cæteros continet om-
nes quasi descriptus atq; determinatus a maximo circulo, qui per utrosq; polos de-
scribitur, circūductusq; reliqua omnia i occasū ab ortu circūducit. Nixusq; est in æq-
uinoctialis circuli polis: quasi in eo quem meridianum appellant qui ea re solum dif-
fert ab illo q̄ non semper per obliqui circuli polos describitur, & ad hæc quia conti-
nue rectos ad horizontem angulos facere intelligitur. **C** Meridianus autē uocatur
quoniam hæc positio utrūq; quod super terram & quod sub terra est semisphæriū
in duo æqualia secans media dierum ac noctium tempora continet. Secundus ue-
ro atq; multiplex continetur quidem a primo: ipse uero erraticarum spheras omni-
um continet hic fertur quidem a predicto (ut diximus) Reuoluitur autem in contraria
in obliqui circuli polis, qui etiam sempet nixi in circulo/a quo prima descriptio
fit, hoc est in eo qui per utrosq; polos est rationabiliter una cum ipso circūducitur:
& pœnes motū secundæ latitudinis in contraria/eundem semper situm cum descri-
pto per ipsos circulo maximo ad æquinoctiale obliquo conseruant. Sed uniuers-
alis quidem prælibatio summatim atq; per capita ita breuiter (quæ præmittenda
erant) exposuimus. Nunc uero particulares demonstrationes aggressuti/quarum-

LIBER I



primam esse. Arbitramur eam qua arcus inter prædictos polos medius/maximi per eos descripti circuli, quātus sit comprehenditur. Necessarium etiam uidemus, ut prius quātis rectarum linearum negocium quā in circulo perducuntur. Ponamus præsertim quum nobis curæ sit lineis singula demonstrare.

C De quantitate rectarum linearum quā in circulo perducuntur.

Cap. IX.


Deficientia chordarum.

Data circuli diametro, latera decagoni/hexagoni/pentagoni/tetragoni atq; trianguli isopleurorum eadem circulo inscriptorum teperie.



Patet autem per se sexagoni quoq; latus quod.60. subtedit gradibus & semidiametro/aquale est portioni esse.60. Similiter quoniam quadrati latus quod.90. gradibus subtenditur triplum eiusdem potentia est cum semidiametri quadratum sit 3600. colligetur quadrati lateris quadratum.7:00. lateris vero trianguli.10800. quare longitudo cordae qua.90. gradibus subtenditur talium erit proxime. 84.51.10. qualium diameter.120. qua vero.120. gradibus subtenditur erit earundem.103.55. 23. C. Sed istae nobis sat faciles sunt per se ipsas acceptae. Perspicuum insuperent catis quibusdam lineis facile illas etiam dari quae reliquis ad semicirculum arcubus subtenduntur: cum quadrata ipsarum composita diametri quadratum efficiant. (Nam quoniam uerbi gratia)qua.36. gradibus subtenditur.37.4.55. portionum esse demonstrata est & quadratum eius.1375.4.50. diametri vero quadratum portionum.14400. erit chorda qua reliqui ad semicirculum gradus.144. subtenduntur: quadratum.130:4. partes. M.56. fere & longitudo eius earundem.114.7.37. proxime in reliquis quoq; similiter.

Corollarium primum.
C Data alicuius arcus chorda/nota fieri chorda arcus residui de semicirculo.




Quadrata.

C. Dodecagoni.	900.0.0.	E.D.
C. Decagoni.	1375.4.14.	D.F.
C. Exagoni.	3600.0.0.	B.D.
GAVR. C. Pentagini	4975.4.15.	B.F.
C. Tetragoni	7200.0.0.	B.A.
C. Trigoni	10800.0.0.	A.E.
C. Diametri	14400.0.0.	A.G.
C. Lateris. E.F.	4500.0.0.	E.B.




C. Sed quemadmodum ab istis reliqua particulares etiam dabuntur deinceps deim strabimus: si prius perutil ead hoc negocium theorema exposuerimus. Sit enim in circulo. A.B.C.D. quadrilatera. Prout forte contigerit: figura descripta: & protractantur. A.C.&.B.D. demonstrandum quia quod sub. A.C.&.B.D. lineis contingit, utrilibet simul illis est quae ex. A.B. In. D.G. Et ex. A. D. in. B.C. constituantur. sit enim angulo. D.B.C. Angulus. E.B.A. æqualis: si ergo communem ad damus angulum. E.B.D. erit totus angulus. A.B.D. æqualis toti angulo. E.B.C. æqualis: sed angulus quoq; B.D.A. æqualis est angulo. B.C.E. eundem eni arcum subtendunt: trianguli ergo. A.B.D. &. B.C.E. æqualium inter se angulorum sunt: quare proportionaliter se habent: sicut. B.C.ad. C.E.Sic. B.D.ad. D.A. Quare quadrangulum quod est ex. B.C.in. A.D. æquale illi quadrangulo est quod ex. B.D. & C.E. constituitur. C. Rursus quoniam. A.B.E. angulus: angulo. G.B.D. æqualis est & similiter. B.A.E. ipsi. B.D.C. In circulo triangulus. A.B.E. æqualium est angulo rum cum triangulo. B.D.G. quare proportionaliter sicut. A.B.ad. A.E.sic. B.D. ad D.G. est igitur quadrangulum quod ex. A.B. &. D.G. lineis constituitur æquale quadrangulo linearum. B.D. &. A.E. sed. B.C. &. A.D. linearum quadrangulum quadrangulo illi æquale demonstratum est: quod ex. B.D. &. G.E. lineis constituitur. Erit ergo totum etiam quadrangulum quod est ex. A.C. In. B.D. æquale utrilibet que sunt: ex. A.B. In. D.G. & ex. A.D. In. B.G. quod erat demonstrandum. Hoc ita exposito sit semicirculus. A.B.D.C. super diametrum. A.D. & due lineæ. A. B. &. A. C. ab. A. punto protrahantur: fitq; utraq; ipsarum datæ magnitudinis taliumq; portionum quales in diametro dantur. 120. & coniungatur. B.C. dico ipsam quoq; lineam. B.C. datam esse. Ducantur. n. lineæ. B.D. &. C.D. quas etiam datas esse necesse est: quoniam residuis ad semicirculum arcubus subtenduntur: quoniam ergo in semicirculo quadrangulum. A.B.C.D. inscriptum est: erit quadrangulum quod fit ex. A.B. In. C.D. una cu eo quadrangulo quod est ex. A.D. In. B.G. æquale quadrangulo illi quod ex. A.C. In. B.D. constituit. Est aut quadrangulum quod fit ex. A.B. in. D.G. datu ergo reliquu etiæ quod est ex. A.B. In. B.C. datu est: semidiameter quoq; A.D. data est: data ergo etiæ linea. B.C. Hinc manifestu est si duo arcus: & lineæ quæ illis subtenduntur dabuntur: dabitis etiæ linea qua duorum illorum arcuum excessus subtenditur: ex hoc theoremate patet q; alias quoq; lineas nec paucas a datis excelsi-

Theorema. 2.



C Si quadrilaterum inscriptum circulo fuerit rectangulum / quod sub duabus eius diametris rectangulus continetur est æquale duo bus quæ sub lateribus eius oppositis continetur rectangulis pariter acceptis.



sibus inscribemus: & illam etiam qua duodecim gradus subtendunt: cum habeamus. 60. gradum arcus chordam & etiam quæ. 72. gradus subtendit. **C** Sit rursus propositum: data in circulo linea medii substanti arcus chordam inuenire: Sitq; se micirculus. A.B.C. super diametrum. A.G. & data linea sit. C.B. arcus uero. C.B. in duo æqualia per punctum. D. diuidatur: & ducantur lineaæ ad. B.D. D.C. ex. D. au tem ad. A.C. perpendicularis. D.F. ducantur dico. F.G. Medietatem esse excessus. A. B. & A.C. linearum ponatur enim. A.E. linea lineaæ A.B. æqualis & protrahatur. D. E. & quoniam. A.B. linea æqualis est ipsi. A.E. si. A.D. communis accipiatur: erunt duo lineaæ. A.B. & A.D. A.E. & A.D. altera alteri æqualis: est autem etiam angulus B.A.D. angulo. E.A.D. æqualis quare basis quoq; B.D. æqualis erit basi. D.E. est autem ipsa. B.D. ipsi. D.G. etiæ æqualis erit ergo. D.G. ipsi. D.E. æqualis quoniam igitur auertice. D.E.C. Trianguli: duorum æqualium laterum ad basim eiusdem D.F. perpendicularis deducta est erit. E.F. linea ipsi. F.G. æqualis, sed. E.G. tota lineaæ. A.B. & A.C. excessus est & F.G. igitur excessus ipsarum medietas est: quare quum. B.C. arcus. Chorda data sit. A.B. similiter quum ad semicirculum residua fit/dabitur etiam. F.G. quæ. A.C. & A.B. linearum excessus medietas est. Verū quoniam in orthogonio triangulo. A.C.D. deducta perpendiculari. D.F. duo trianguli. A.D.G. & D.G.F. æqualium angulorum efficiantur: estq; sicut. A.C. ad. C.D. sic. G.D. ad. C.F. **E**rit etiæ quod sub. A.G. & C.F. rectangulum continetur æquale quadrato lineaæ. D.C. quare longitudo quoq; ipsius. D.C. qua. B.C. arcus medietas subtenditur data erit: & ita per hoc theorema et aliae multe per mediationem ppositarum dabuntur: & medietatis duodecim partium chorda quæ. 6. subtendit: & quæ tres: & quæ unam cum dimidio: & quæ dimidium: unius partis: & quartæ. **C**Est autem nobis per computationem inuentum unius partis cū dimidio chordam talium esse proximæ. 1.34. 15. qualium est diameter. 120. & medietatis quartæ: simul: earundem. 0.47. 8. **C** Sit rursus circulus. A.B.C.D.E. super diametru A.D. & in centro. F. circunductus: & de punto. A. duo deinceps dati arcus accipiantur qui sint. A.B. & B.C. & protrahantur. A.B. & B.C. lineaæ: ipsæ quoq; similis datae dico si. A.G. coniuncta fuerit ipsam quoq; haberi. **D**ucatur enim ex. B. diameter circuli quæ sit. B.F.E. & protrahantur lineaæ. B.D. D.C. E.D. E. patet ergo ex se ipso quia propter lineam. B.C. dabitur linea. G.E. & propter. A.B. dabitur. B.D. & D.E. & quoniam ut in superioribus dictum est. B.C.D.E. quadrangulum in circulo constituitur & B.D.G.E. duæ lineaæ ab angulis ad angulos eius deducuntur sunt rectangulum quod sub istis continetur æquale est utrisq; simul: quæ expositis lateribus efficiuntur: quare quoniam rectangulum linearum. B.D. & C.E. datum est: & similiter quod est ex. B.C. & D.E. dabitur etiam quod ex. B.E. & C.D. cōstituitur, sed diameter quoq; B.E. data est: reliqua ergo etiæ. C.D. data erit. & propter hæc etiam. C.A. quæ ad semicirculum residua est: quare si duo arcus & chordæ suæ datae fuerint dabitur etiam per hoc theorema chorda qua duo arcus illi per compositionem subtenduntur. **P**er spiculum autem est quia si ad præpositas semper oes eam componamus quæ unum gradum cum dimidio subtenditur: & cōpositas cōputemus: omnes simplices inscribemus quæ duplicatae tertiam partem habebunt: & solæ relinquentur quæ inter spatia unius gradus cum dimidio sunt duas in singulis (quoniam per medietatē gradus incrementa facimus) futurae. Quare si medii gradus chordæ inueniemus: ipsa tum per cōpositionem datarū linearū quibus spatia cōtinētur: tum per excessum uniuersas nobis quæ inter duas sunt facile replebit. **C**Verū quoniam data chorda qua unius ac mediae partis arcus subtendit quæ tertia eiusdem arcus partē subtenditur non datur per lineaes. Nam si possibile id esset medii gradus chordam hinc haberemus: sic circa chorda unius ac medii gradus: & a chorda medii simul atq; quartæ gradus unius chordæ inueniemus theorematum: uno præposito q; & si non uniuersaliter quantitates possint determinare: attamen in tam minimis nullam ad determinatas habeat mutationem: dico igitur quia si duas inæquales lineaæ in circulo perducantur: maior ad minorem: minorem proportionem habebit q; arcus maioris ad arcum minoris.



C sit enim circulus A.B.C.D. & producantur in eo duas inæquales lineæ quarum minor sit A.B. Maior uero B.C. dico. G.B. lineam minorem proportionem habere ad B.A. q. B.C. arcum ad arcum B.A. **C** Diuidatur enim A.B.C. angulus in duo æqualia per lineam B.D. & coiungantur A.E.C. & A.D. & C.D. lineæ quonia igitur A.B.C. angulus in duo æqualia per B.E.D. lineam diuisus est linea quidem G.D. æqualis est linea A.D. linea uero G.E. Maior est q. linea E.A. deducatur igitur a puncto D. ad E.G. lineam. D.F. perpendicularis & quoniam A.D. Maior est q. E.D. & E.D. q. E.F. Circulus qui centro D. & spatio D.E. Circumscribitur A.D. qui dem lineam diuidet. D.F. uero lineam super excedet. **C** Designetur ergo circulus I.E.T. & producatur D.F. ad T. quoniam igitur D.E.T. secto. D.E.F. triangulo maior est: triangulus autem D.E.A. Sectore D.E.I. maior habebit. D.E.F. triangulus minorem proportionem ad triangulum D.E.A. q. D.E.T. Sector ad D.E.I. Sectorem: sed sicut se habet triangulus D.E.F. ad triangulum D.E.A. sic se habet E.F. linea ad lineam E.A. sicut etiam D.E.T. sector ad sectorem D.E.I. se habet sic se habet angulus F.D.E. ad angulum E.D.A. quare linea F.E. minoris est proportionis ad E.A. lineam q. F.D.E. angulus ad angulum E.D.A. quare coniunctum quoq. lineæ F.A. Minoris est proportionis ad lineam E.A. q. angulus F.D.A. ad angulum A.D.A. ad angulum A.D.E. Antecedentium quoq. dupla. G.A. linea minorem habet proportionem ad linea E.A. q. angulus G.D.A. ad angulum E.D.A. disiunctim etiam linea C.E. ad lineam E.A. minorem habet proportionem q. angulus G.D.E. ad angulum E.D.A. sed sicut se habet linea C.E. ad linea E.A. sicut se habet linea G.B. ad lineam B.A. & sicut se habet angulus G.D.B. ad angulum B.D.A. sic se habet arcus C.B. ad arcum B.A. linea igitur G.B. minorem habet proportionem ad lineam B.A. q. arcus G.B. ad arcum B.A. Hoc ita proposito: describatur circulus A.B.C. & perducantur in eo duas inæquales lineæ A.B. & A.C. supponaturq. dimidiata pars gradus unius & quartam unam subtendit per lineam A.B. per lineam uero A.C. gradus unus subtendatur & quoniā A.C. linea minorem proportionem habet ad lineam A.B. q. A.C. arcus ad arcum A.B. Estq. A.C. arcus in sexquitertia proportione ad arcum A.B. erit. G.A. linea ad linea B.A. minor q. sexquitertia. Demonstrata aut̄ est A.B. linea o. 47.8. taliū proportiones quales diameter habet. 120. linea igitur C.A. minor est q. 1.2.50. Earūdem h̄ec enim in sexquitertia proportione sunt o.47.8. **C** Rursum in eadem descriptione supponamus unum gradum B.A. & unum atq. dimidiū A.C. lineas subtendi. Similiter ergo quoniam A.C. circūferentium pars sexquialtera est ad A.B. arcum erit G.A. linea minor q. sexquialtera ad lineam B.A. sed A.C. linea demonstrata est talium esse 1.3.4.15. qualium diameter est 120. linea igitur A.B. maior est q. portiones similes 1.2.50. ad has enim sexquialteram habent proportionem 1.3.4.15. partculæ: quaræ quoniam A.C. unū gradū subtendit lineam & maior & minor eiusdem monstratur ipsa quoq. habebit de talibus partibus 1.2.50. proxime qualium est diameter. 120. itaq. mediū gradū subtendit ex istis habet inueniturq. here o.31.27. pxi. me de diametri partibus. **C** Hoc igitur modo (ut diximus) reliqua spatia replebūt. Nā uerbi gratia primū spatium duorum graduum: arcus chordam inuenimus cōpositionē medii gradus ad unū & dimidium demonstrata per excessus autem qui est ad tres gradus: duorum cū dimidio graduum chorda dabitur & similiter i cæteris: sed negotium de rectis in circulo lineis sicut puto facillime pertractatū est: uerum ut paratas linearum quantitates (cū opus fuerit) habeamus: tabulas. 45. uersuū cōmoditatis causa subiicimus: quarū prime partes arcuū quātitates: mediaꝝ graduum ad auditorum continebunt. Secūdā chordarū quātitates arcubus accōmodatas prout diameter. no. partiū supponitur. Tertiā trigesimā chordarū in singulis semigraduū incremētis partē ut unius quoq. sexagesimi chorda latius habita facile pertinentes usq. ad 30. quantitates computemus. **C** Hic etiam si error in scribendis tabulis accideret: facilis ei inquisitio & emendatio fiet: uel ex dupli arcus ad eū quem querimus chorda uel ab excessu aliarum quæ date sint: uel a residui ad semicirculum arcus chorda. **C** Est autē tabularum descriptio h̄ec.



LIBER IV

Arcū	Chordarum			trigesimæ			Arcū	Chordarum			trigesimæ		
partes	m̄	partes	m̄	2 ^a	3 ^a		partes	m̄	partes	m̄	2 ^a	3 ^a	
9	30	0	31	25		I	2	50	23	0	23	55	27
10	0	1	2	50		I	2	50	23	30	24	26	13
1	30	1	34	15		I	2	50	24	0	24	56	58
2	0	2	5	40		I	2	50	24	30	25	27	41
2	30	2	37	4		I	2	48	25	0	25	58	22
3	0	3	8	28		I	2	48	25	30	26	29	1
3	30	3	39	52		I	2	48	26	0	26	59	38
4	0	4	11	16		I	2	47	26	30	27	30	14
4	30	4	42	40		I	2	47	27	0	28	0	48
5	0	5	14	4		I	2	46	27	30	28	31	20
5	30	5	45	27		I	2	45	28	0	29	1	50
6	0	6	16	49		I	2	44	28	30	29	32	18
6	30	6	48	11		I	2	43	29	0	30	2	44
7	0	7	19	33		I	2	42	29	30	30	33	8
7	30	7	50	54		I	2	41	30	0	31	3	30
8	0	8	22	15		I	2	40	30	30	31	33	50
8	30	8	53	35		I	2	39	31	0	32	4	8
9	0	9	24	54		I	2	38	31	30	32	34	22
9	30	9	56	13		I	2	37	32	0	33	4	35
10	0	10	27	32		I	2	35	32	30	33	34	46
10	30	10	58	49		I	2	33	33	0	34	4	55
11	0	11	30	5		I	2	32	33	30	34	35	1
11	30	12	12	1		I	2	30	34	0	35	5	5
12	0	12	32	36		I	2	28	34	30	35	35	6
12	30	13	3	50		I	2	27	35	0	36	5	5
13	0	13	35	4		I	2	25	35	30	36	35	1
13	30	14	6	16		I	2	23	36	0	37	4	55
14	0	14	37	27		I	2	21	36	30	37	34	47
14	30	15	8	38		I	2	19	37	0	38	4	36
15	0	15	39	47		I	2	17	37	30	38	34	22
15	30	16	10	56		I	2	15	38	0	39	4	5
16	0	16	42	3		I	2	13	38	30	39	33	46
16	30	17	13	9		I	2	10	39	0	40	3	25
17	0	17	44	14		I	2	7	39	30	40	33	0
17	30	18	15	17		I	2	5	40	0	41	2	33
18	0	18	46	19		I	2	2	40	30	41	32	3
18	30	19	17	21		I	2	0	41	0	42	1	30
19	0	19	48	21		I	1	57	41	30	42	30	54
19	30	20	19	19		I	1	54	42	0	43	0	15
20	0	20	50	16		I	1	51	42	30	43	29	33
20	30	21	21	12		I	1	48	43	0	43	48	49
21	0	21	52	6		I	1	45	43	30	44	28	1
21	30	22	22	58		I	1	42	44	0	44	57	10
22	0	22	53	49		I	1	39	44	30	45	26	16
22	30	23	24	39		I	1	36	45	0	45	55	19

ALMAGESTI

7

Arcū	Chordarum			trigesimare			Arcū	Chordarum			trigesimare				
partes	m̄	partes	m̄	2 ^a	3 ^a	partes	m̄	partes	m̄	2 ^a	3 ^a				
45	30	46	24	19		o	57	54	68	0	67	612	o	52	1
46	0	46	53	16		o	57	47	68	30	67	3212	o	53	2
46	30	47	22	9		o	57	41	69	0	67	588	o	51	43
47	0	47	51	0		o	57	34	69	30	68	2359	o	51	33
47	30	48	19	47		o	57	27	70	0	68	4945	o	51	23
48	0	48	48	30		o	57	21	70	30	69	1527	o	51	14
48	30	49	17	11		o	57	14	71	0	69	414	o	51	4
49	0	49	45	48		o	57	7	71	30	70	636	o	50	55
49	30	50	14	21		o	57	0	72	0	70	323	o	50	45
50	0	50	42	51		o	56	53	72	30	70	5726	o	50	35
50	30	51	11	18		o	56	46	73	0	71	2244	o	50	26
51	0	51	39	42		o	56	39	73	30	71	4756	o	50	16
51	30	52	8	0		o	56	32	74	0	72	134	o	50	6
52	0	52	36	16		o	56	25	74	30	72	387	o	49	56
52	30	53	4	29		o	56	18	75	0	73	35	o	49	46
53	0	53	32	38		o	56	10	75	30	73	2758	o	49	36
53	30	54	0	43		o	56	3	76	0	73	5246	o	49	26
54	0	54	28	44		o	55	55	76	30	74	1729	o	49	16
54	30	54	56	42		o	55	48	77	0	74	467	o	49	6
55	0	55	24	36		o	55	40	77	30	75	639	o	48	55
55	30	55	52	26		o	55	33	78	0	75	317	o	48	45
56	0	56	20	12		o	55	25	78	30	75	5529	o	48	34
56	30	56	47	54		o	55	17	79	0	76	1946	o	48	24
57	0	57	15	33		o	55	9	79	30	76	4358	o	48	13
57	30	57	43	7		o	55	1	80	0	77	85	o	48	3
58	0	58	10	38		o	54	53	80	30	77	326	o	47	52
58	30	58	38	5		o	54	45	81	0	77	562	o	47	41
59	0	59	52	7		o	54	37	81	30	78	1952	o	47	31
59	30	59	32	45		o	54	29	82	0	78	4338	o	47	20
60	0	60	0	0		o	54	21	82	30	79	718	o	47	9
60	30	60	27	11		o	54	12	83	0	79	3052	o	46	58
61	0	60	54	17		o	54	4	83	30	79	5421	o	46	47
61	30	61	21	18		o	53	56	84	0	80	1745	o	46	36
62	0	61	48	17		o	53	47	84	30	80	413	o	46	25
62	30	62	15	10		o	53	39	85	0	81	415	o	46	14
63	0	62	42	0		o	53	30	85	30	81	2722	o	46	3
63	30	63	8	45		o	53	22	86	0	81	5024	o	45	52
64	0	63	35	25		o	53	13	86	30	82	1319	o	45	40
64	30	64	2	2		o	53	4	87	0	82	369	o	45	29
65	0	64	28	34		o	52	55	87	30	82	5854	o	45	18
65	30	64	55	1		o	52	46	88	0	83	2133	o	45	6
66	0	65	21	24		o	52	37	88	30	83	444	o	44	55
66	30	65	47	43		o	52	28	89	0	84	632	o	44	43
67	0	66	13	57		o	52	19	89	30	84	2854	o	44	31
67	30	66	40	7		o	52	10	90	0	84	5110	o	44	20

LIBER I

Arcū	Chordarum			trigesimal			Arcū	Chordarum			trigesimal		
partes	m̄	partes	m̄ 2 ⁸	m̄	2 ⁴	3 ⁴	partes	m̄	partes	m̄ 2 ⁸	m̄ 2 ⁴ 3 ⁴		
90	30	85	13 20	0	44	8	113	0	100	3 59	0	34 34	
91	0	85	35 24	0	43	57	113	30	100	21 16	0	34 20	
91	30	85	57 23	0	43	45	114	0	100	38 26	0	34 6	
92	0	86	19 15	0	43	33	114	30	100	55 28	0	33 52	
92	30	86	41 2	0	43	21	115	0	101	12 25	0	33 39	
93	0	87	24 2	0	43	9	115	30	101	29 15	0	33 25	
93	30	87	24 17	0	42	57	116	0	101	45 57	0	33 11	
94	0	87	45 45	0	42	45	116	30	102	2 3	0	32 57	
94	30	88	7 7	0	42	33	117	0	102	19 1	0	32 43	
95	0	88	28 24	8	42	21	117	30	102	35 22	0	32 29	
95	30	88	49 34	0	42	9	118	0	102	51 37	0	32 15	
96	0	89	10 39	0	41	57	118	30	103	7 44	0	32 0	
96	30	89	31 37	0	41	45	119	0	103	23 44	0	31 46	
97	0	89	52 27	0	41	33	119	30	103	39 27	0	31 31	
97	30	90	13 15	0	41	21	120	0	103	55 23	0	31 18	
90	0	90	33 55	0	41	8	120	30	104	11 2	0	31 4	
98	30	90	54 29	0	40	55	121	0	104	26 34	0	30 49	
99	0	91	14 56	0	40	42	121	30	104	41 59	0	30 35	
99	30	91	35 17	0	40	30	122	0	104	57 16	0	30 21	
100	0	91	55 32	0	40	17	122	30	105	12 23	0	30 7	
100	30	92	15 40	0	40	4	123	0	105	27 30	0	29 52	
101	0	92	35 42	0	39	52	123	30	105	42 26	0	25 37	
101	30	92	55 38	0	39	39	124	0	105	57 14	0	25 23	
102	0	93	15 27	0	39	26	124	30	106	11 55	0	25 8	
102	30	93	35 11	0	39	13	125	0	106	26 29	0	25 54	
103	0	93	54 47	0	39	0	125	30	106	40 56	0	28 39	
103	30	94	14 17	0	38	47	126	0	106	55 15	0	28 24	
104	0	94	33 41	0	38	34	126	30	107	5 27	0	28 10	
104	30	94	52 58	0	38	21	127	0	107	23 32	0	27 56	
105	0	95	12 9	0	38	8	127	30	107	37 3C	0	27 4C	
105	30	95	31 13	0	37	55	128	0	107	51 20	0	27 25	
106	0	95	50 11	0	37	42	128	30	108	5 2	0	27 10	
106	30	96	9 2	0	37	29	129	0	108	18 37	0	26 56	
107	0	96	27 47	0	37	16	129	30	108	32 5	0	24 41	
107	30	96	46 24	0	37	3	130	0	108	45 25	0	26 26	
108	0	97	45 6	0	36	50	130	30	108	52 38	0	24 11	
108	30	97	23 20	0	36	36	131	0	109	11 44	0	25 56	
109	0	97	41 38	0	36	23	131	30	109	24 12	0	25 41	
109	30	97	59 49	0	36	9	132	0	109	37 32	0	25 26	
110	0	98	17 54	0	35	56	132	30	109	50 15	0	25 11	
110	30	98	35 52	0	35	42	133	0	110	2 50	0	24 56	
111	0	98	53 43	0	35	29	133	30	110	15 18	0	24 41	
111	30	99	11 27	0	35	15	134	0	110	27 39	0	24 26	
112	0	99	29 5	0	35	1	134	30	110	39 42	0	24 10	
112	30	99	46 35	0	34	48	135	0	110	51 57	0	23 55	


Arcū		Chordarum		trigesimæ		Arcū		Chordarum		trigesimæ	
partes	m̄	partes	m̄	2 ^a	3 ^a	partes	m̄	partes	m̄	2 ^a	3 ^a
135	30	111	354	0	2340	158	0	117	4743	0	1151
136	0	111	1544	0	2325	158	30	117	5339	0	1135
136	30	111	2726	0	239	159	0	117	5927	0	1119
137	0	111	391	0	2254	159	30	118	57	0	113
137	30	111	5028	0	2239	160	0	118	1037	0	1047
138	0	112	147	0	2224	160	30	118	161	0	1031
138	30	112	1259	0	228	161	0	118	2116	0	1014
139	0	112	243	0	2153	161	30	118	2623	0	958
139	30	112	350	0	2137	162	0	118	3122	0	942
140	0	112	4548	0	2122	162	30	118	3613	0	925
140	30	112	5629	0	217	163	0	118	4055	0	99
141	0	113	72	0	2051	163	30	118	4530	0	853
141	30	113	1725	0	2036	164	0	118	4956	0	837
142	0	113	2744	0	2020	164	30	118	5415	0	820
142	30	113	3754	0	204	165	0	118	5825	0	84
143	0	113	4756	0	1949	165	30	119	226	0	748
143	30	113	5750	0	1933	166	0	119	620	0	731
144	0	114	737	0	1917	166	30	119	106	0	715
144	30	114	1715	0	192	167	0	119	1344	0	659
145	0	114	2646	0	1846	167	30	119	1713	0	642
145	30	114	369	0	1830	168	0	119	2034	0	626
146	0	114	4524	0	1814	168	30	119	2347	0	610
146	30	114	5431	0	1759	169	0	119	2652	0	553
147	0	115	330	0	1743	169	30	119	2949	0	537
147	30	115	1222	0	1727	170	0	119	3237	0	520
148	0	115	216	0	1711	170	30	119	3517	0	54
148	30	115	2941	0	1655	171	0	119	3749	0	448
149	0	115	389	0	1640	171	30	119	4013	0	431
149	30	115	4629	0	1624	172	0	119	4220	0	414
150	0	115	5440	0	168	172	30	119	4435	0	358
150	30	116	244	0	1552	173	0	119	4735	0	342
151	0	116	1040	0	1536	173	30	119	4826	0	326
151	30	116	1828	0	1520	174	0	119	508	0	39
152	0	116	268	0	154	174	30	119	5143	0	253
152	30	116	3340	0	1448	175	0	119	5310	0	230
153	0	116	414	0	1432	175	30	119	5427	0	220
153	30	116	4820	0	1416	176	0	119	5538	0	23
154	0	116	5528	0	140	176	30	119	5639	0	147
154	30	117	228	0	1344	177	0	119	5732	0	130
155	0	117	920	0	1328	177	30	119	5818	0	114
155	30	117	164	0	1312	178	0	119	5855	0	057
156	0	117	2240	0	1256	178	30	119	5924	0	041
156	30	117	298	0	1240	179	0	119	5944	0	025
157	0	117	3528	0	1224	179	30	119	5956	0	09
157	30	117	4140	0	127	180	0	120	00	0	00

Distantiam duorum tropicorum
Instrumenti artificio dep. chedere



I C I G I T V R quātitate linearum circuli exposita. Primo demonstrandum est, ut diximus: quantum obliquus circulus qui per medium signo intelligit, ab æquinoctiali declinat, id est quā circulus (qui per utrosq; dictos circulos Polos) maximus describit, proportionē habet ad eū Arcū q; est eius portio inter utrosq; interiacēs. Cui æquali spatio æq; noctiale pūctū ab utroq; solstitiali distare pspicū ē. Hoc autē nobis organice huius modi simplici fabricatiōe instrumēti cōprehēdet. **C** Circulū enī Aereū magnitudi ne mediocrē exquisite tornatū & superficie quadratū faciemus (quoꝝ meridiano ute mur) Sed prius ipsum in .360. maximi circuli suppositas portiones diuidemus hārūq; singulas i quocūq; partes possibile sit. **C** Deinde alterꝝ subtiliorē circulum sic sub p̄dicto coaptabimus: ut eorū latera in una superficie maneāt: circūdūcīq; sine spe, dimēto minor circulus sub maiore ad septētrionē atq; meridiē in eadē superficie pos sit: Addemusq; in duabus qbusuis diametaliter oppositis in minori circulo portio nibus in altero laterū æquales paruaſq; regulas: quæ tū ad seipſas tū ad circulorum centrū exquisite declinenēt: apponemusq; in medio latitudinis ipsoꝝ tenues lingulas siue regulas quæ majoris diuīſiꝝ circuli latus attingat. Quē tuto ad singulos usus coaprabimus: statuētesq; in sereno super mediocre substētaculū in pavimento æquali ad horizontis planiciē substētaculi basim obseruabimus: ut circulos planici es ad horizōtis qdē planiciē recta sit: ad meridiani uero æqdistantias: quorum pīnium p̄pēdiculo iuenit: a pūcto futuro in uertice suspēlo/obseruatoꝝ donec ex directiōe suppositoriꝝ ad oppositū diametaliter pūctū faciat declinationē. Alterꝝ meridianā linea quæ sub planicie substētaculi ē certo signo notata. Circulisq; obliquū circūdu cīs donec planities eoꝝ eq; distare linea pspiciat. Ita iigē posito ad septētrionē & meridiē solis accessū obseruabimus: interiorē circulum i meridiebus trāfferētes quo usq; tota iferior regula a tota supiori fuerit inūbrata, quo factō extremitates līguarū nobis significabūt quoꝝ portionib; solis cētrū in meridiano a uertice in dies diffabit. **C** Sed illa etiā cōmodiore obseruatiōe usi sumus. **C** Laterē, p circulis lapideū uel ligneū qdratum & inuolubilē i mediocre latitudine atq; altitudine. Ut firmius maneāt fabricati sumus, q; alterꝝ latus planū exacte ac extēsum habet. In quo cētrū ad unū angulorū cēpimus. Quartāq; circuli partē signauimus cōiunxiuſq; lineas oēs a cētro ad descriptū arcū: quæ sub quarta circuli pte rectū angulū cōtinēt, ipsūq; arcū in .90. sīl gradus diuīsimus. Post hāc i una linea recta quæ ad orizōtis planicie recta futura erat: & situm ad meridiē habitura duos rectos & æq;les undique cylindros pūulos: similiterq; tornatos coaptauimus. Alterꝝ in ipso cētro & in ipso medio exq; fitissime, alterꝝ ad iferiorē linea terminū. Erigētesq; descriptum hoc latus laterculi iuxta meridianā lineā in subiecta planicie ita ptraclū, ut ipsam quoq; ad planicie meridiani æqdistantē habeat situm & p̄pēdiculo p cylindrulos indeclinatam rectāq; pipsos ad orizōtis planicie lineam diligenter cōprehēdentes. Suppositis qui, busdā subtilibus: qbus directio ut oportet fiebat factam a cylindrulo q; ad centrum est. Vmbrā in meridiebus similiter obseruabamus. nō nihil ad descriptam circūferētiā ut certius locus ipsius teneret apponētes. Huius umbrā medio signato portionē arcus in ipsa circuli parte cēpimus: quæ portio solis progressum secūdū latitudinē i meridiano significavit: his obseruationibus ac maxime illis quas in multis annis i ipsis solstitialibus diebus examinauimus. Cū designatio semp a pūcto uerticis intercipiat æquales, eas deniq; meridiani circuli partes tā i hiemalibus q; in estiuis solsticiis cōprehendimus arcū qui est a boreali extremo termino ad australē similiter ultimū inter tropicos graduū semp esse. 47. & portioꝝ maioris quidē duabus tertiiis. Minoris uero q; medietate simul & quarta: unde eadē ferme portio nobis collecta ē ei quā Eratosthenes reperit, quaꝝ Hiparcus ēt usus ē. Nā circūferētiā quæ iter solstitialia pūcta est. ii. pximā taliū portionum sit qualium est meridianus. 83. **C** Ab hac p̄posita obseruatione habitationū quoq; declinationes in qbuscūq; obseruationes fiant facile inueniunt. Si cēperimus tum punctum quod inter duos terminos in ipso æquinoctiali necessario fit: tū arcum qui inter hoc & pūctum uerticis est: cui arcus æqualis scilicet est ille quo poli distant ab horizonte.

C Theoremeta



Instrumentum monteregiensis

G	m
47	42

Eratosthenes
Hyparcus

CTheorematā quæ ad sphaericas demonstrationes p̄mittuntur. Et ipsa figura sectoris sphærica.

 **V**N C C V M sequar ut p̄ticularē magnitudines eōꝝ arcuū demōstrāmus (qui inter æqnoctiale & circulū/q p̄ mediū signoꝝ est. Interiacent) circulor̄ illor̄/q̄ maximi p̄ polos æqnoctialis designantur. Pauca breui ter utiliaq; theorematā p̄ponemus. Quibus plurimas p̄cene demon strationes eōꝝ quæ sphærica cōsiderātur/q̄ simplicissime atq; artificiosissime facie mus. **C**Protrahamus ergo duas lineas. A.B.&.A.C.Duæq; lineaꝝ.B.E.&.C.D.pro tractæ altera alteram in puncto. F.secēt.Dico q̄.G.A.lineaꝝ ad.A.E.lineaꝝ p̄portio cō ponit ex p̄portiōbus.G.D.ad.D.F.&.F.B.ad.B.E.Protrahat enī a p̄ucto.E. linea E.I.æqdistantis lieꝝ.G.D.Cū ergo æqdistantes.G.D.&.E.I.lineaꝝ sint p̄portio.G.A.li neaꝝ ad.E.A.lineaꝝ eadem est p̄portioni.G.D.ad.E.I.Deforis autē. F.D.Proprio tio igitur.G.D.ad.E.I.lineaꝝ cōposita est ex p̄portione.C.D.ad.D.F.&.D.F.ad.E.I. Quare p̄portio etiā lineaꝝ.G.A.ad.A.E.cōposita est ex p̄portionibus linearū.G.D. ad.D.F.&.D.F.ad.I.E.Est autē etiā p̄portio lineaꝝ.D.F.ad.I.E.eadē p̄portioni.F.B.ad.B.E.cū æqdistantes rursum sint.E.I.&.F.D.lineaꝝ. Proprio ergo.C.A.lineaꝝ ad.A.E.cōposita est ex proportionibus linearū.C.D.ad.D.F.&.F.B.ad.B.E. quod erat demonstrandum. **C**Eodē modo demonstrabitur. Quia etiā diuidēdo propor tio.G.E.lineaꝝ ad.E.A.lineam componitur ex proportionibus.C.F.ad.F.D.&.D.B.ad.B.A.ducta a p̄ucto.A.æqdistantē ad lineaꝝ.E.B.pductaq; ad ipsam lieꝝ.G.D.I. Rursum enī qm̄.A.I.&.E.F.æqdistantes sunt/erit sicut.G.E.ad.E.A.sic. C.F.ad F.I.sed.F.D.assumpta deforis erit.G.F.lineaꝝ p̄portio ad.F.I.Cōposita ex p̄portio nibus linearū.C.F.ad.F.D.&.D.F.ad.F.I.Est autē p̄portio.D.F.ad.F.I.eadē p̄por tioi.D.B.ad.B.A.qm̄ in.A.I.&.F.B.eqdistantes lineaꝝ.B.A.&.F.I.lineaꝝ inciderūt/ Quare p̄portio lineaꝝ. C.F.ad.F.I.ex p̄portiōbus lineaꝝ.G.F.ad.D.F.&.D.B.ad B.A.cōiuncta est. Sed p̄portioni.C.F.lineaꝝ ad.F.I.eadem est p̄portio lineaꝝ.G.E.ad E.A.erit ergo p̄portio lineaꝝ.C.E.ad.E.A.Cōposita ex p̄portionibus linearū.G.F. ad.F.D.&.D.B.ad.B.A.quod erat demonstrandum.






CSit rursum circulus.A.B.C.Cuius cētrū.D.& accipiātur quæ uis tria p̄ucta in cir cūferetia eius/sintq; ipsa.A.B.C.Ita tamē ut uterq; arcus.A.B.&.B.C.minor semi circulo sit.Quid in accipiēdis etiā deinceps arcubus similiter erit intelligēdū/ptra hanturq; A.C.&.D.E.B.lineaꝝ/dico q̄ sicut se habet quæduplū arcus.A.B.subten dit/ad eā q̄ subteedit duplū arcus.A.B.C.sic se habet.A.E.linea ad.E.C.linea.Deducā tur enī.A.F.&.G.I. p̄pendiculares a p̄uctis.A.&.C.ad.D.B.lineaꝝ. Quoniā ergc.A. F.&.G.I.æqdistantes sunt/& in ipsas.A.E.G.linea incidit/sic est.A.F.ad.G.I.sicut.A. E.ad.E.G.Sed p̄portio.A.F.ad.C.I.eadem est p̄portioni lineaꝝ q̄ est sub arcu duplo A.B.partis circūferetiæ/ad eā q̄ ē sub dupla.B.G.Dimidia enī ē utraq; utriusq;.Qua re p̄portio etiā.A.E.lineaꝝ ad.E.G.eadē est p̄portioni eius q̄ est sub duplo ip̄ius ar cus.A.B.ad eādem quæ est sub duplo.B.C.quod erat demonstrandum.


CHinc sequitur si.A.C.Totus arcus & p̄portio chordæ quæ est sub duplo ip̄ius.A. B.ad eā quæ ē sub duplo arcus.B.G.dabitur/uterq; arcus etiam.A.B.&.B.C.dabit. Eadē enī descriptiōe p̄posita/cōiugat'.A.D.& a p̄ucto.D.p̄pendicularis.D.F.ad.A. E.C.lineam deducatur:quod ergo.A.B.C.arcu dato angulus etiā.A.D.F.quo me dietas eius subteeditur:& ipſe totus triangulus.A.D.F.datus erit/& perspicuum est: qm̄.A.G.tota linea data/suppositu est p̄portionem.A.E.ad.E.C.eandē esse.A.E.da ta & reliqua.F.E.similiter/qua propter data etiam.D.F.angulus quoq; E.D.F.or thogonii trianguli.E.D.F.dabitur totus etiam angulus.A.D.B.similiter/quare.A. B.quoq; arcus dabitur:& reliquis.B.G.similiter.

CSit rursum circulus.A.B.C.super centrum.D.accipianturq; in circūferentia eius p̄ucta tria q̄ sint.A.B.C.ita ut uterq; arcus.A.B.&.A.C.minor sit semicirculo/quod similiter & de arcubus deinceps accipiēdis intelligēdū est/postea.D.A.&.C.B.ductæ p̄trahātur quousq; coincidant in pucto.E.Dico q̄a sicut se habet chorda q̄ subteedit duplū arcus.G.A.ad eā quæ est sub duplo arcus.A.B.Sic se habet linea.G.E.ad.E.B.

Nā s̄ ut in præcedētia punctis.B.&.G.p̄p̄diculares.B.F.&.G.I.ad lineaꝝ.D.A.de

Almagest.






duxerimus qā æqdistantes sūt. Erit sicut. C.I.ad.B.F.sic.C.E.ad.E.B. Quare sicut se habet quæ est sub duplo arcus. G.A.ad eā quæ duplū. A.B. Arcus subtēdit sic se habet. E.G.ad.C.E. Hinc etiā seqtur qā si solus. C.B.arcus dabit & pportio chorde qā duplū arcus. G.A.subtēdit ad eā quæ subtēdit duplū arcus. A.B.data fuerit / dabitur etiā. A.B.arcus. ¶ In simili enī descriptione si. D.B.cōiūgatur & D.F. ppēdiculariter. Ad.C.B.lineā deducat erit. B.D.F.angulus quo medietas. B.C.arcus subtēdit datus. Quare totus quoqā triāgulus orthogonius. B.D.F. Et qm̄ pportio etiā lineæ C.E.ad.E.B.data est & insup. C.B.linea dabit etiā. E.B.& tota insup. E.B.F. quare cum. D.F. etiā data sit, dabuntur similiter tam angulus. E.D.F.eiusdem orthogonii/qā reliquo angulus. E.D.B. quare arcus etiam. A.B.datus erit.

¶ His præmissis describātur in sphærica superficie maximoꝝ arcus circuloꝝ ita ut in duos. A.B.&.C.A.duo inscripti. B.E.&.C.D. seipsoꝫ in puncto. F. secēt fitq; ipsoꝝ uterq; semicirculo minor, quod de omnibus descriptionibus intelligēdū ē. Dico qā pportio chordæ dupli arcus. C.E.ad chordā dupli arcus. E.A.cōposita ē ex pportiōe chordæ dupli arcus. C.F.ad chordā duplicitis. F.D.& chorda dupli. D.B.ad chordā dupli. B.A.Capiat enī sphæræ centrū & fit. I.ducāturq; ab ipso centro. I.ad.B.F. E. circuloꝝ sectionis. I.B.&.I.F.&.I.E.lineæ. Linea quoqā A.D.cōiūcta ptractat & cū I.B.linea ipsa etiā ptracta cōcurrat in pūcto. T. Similiter. D.C.&.A.C.pduciat lineas. I.F.&.I.E.secēt in pūcto. C.& in pūcto. L. In una ergo recta linea sūt tria hæc pūcta. T.C.L. In duab⁹ enī. A.C.D.triāguli &.B.F.E.circuli simul sūt superficieb⁹. Hæc ergo pducta linea facit ut. T.L.&.C.D.lineæ ptractæ iter duas. T.A.&.C.A.secēt se ipsas i pūcto. C. quare pportio. G.L.rectæ lineæ ad. L.A.cōposita est ex pportionib⁹ linearum. C.C.ad.C.D.&.D.T.ad.T.A. Sed sicut se habet. G.L.ad.L.A.sic se habet chorda dupliciti arcus. C.E. Ad chordā dupli. E.A.& sicut. C.C.ad.C.D. sic chorda duplicitis arcus. C.F.ad chordam dupli. F.D.& sicut. D.T.ad.T.A. sic chorda dupli D.B.ad chordam dupli. B.A. Quas ob res propotione etiam chordæ dupli arcus. C.E.ad chordam dupli. A.E.composita est ex proportionibus chordarum dupli arcus C.F.ad dupli. F.D.& dupli. B.D.ad dupli. B.A.per eandem. ¶ Et sicut in plana reætariū descriptione linearū demonstratur, qā etiam pportio chordæ dupli arcus. C.A. ad chordā dupli. A.E.cōposita ē ex pportionibus chordæ dupli arcus. C.D.ad chordam dupli. D.F.& chorda dupli. F.B.ad chordā dupli. B.E. quæ demonstrada erat.

¶ De arcubus qui sunt inter æquinoctialem atq; obliquum circulum. Cap.XIII.

Cuiuslibet puncti ecliptice declinationē partecipare.

O C T H E O R E M A T E præmisso primā præpositorię arcuū demōstrationē sic faciemus. Sit p utroq; polos æquinoctialis circuli & eius qui per mediū signorum est, circulus. A.B.C.D. æquinoctialisq; circuli medianas sit semicirculus. A.E.C.eius uero qā ē p mediū signorꝫ semicirculus sit. B.E.D. Sít aut pūctū. E.uernalis æquinoctii sectio ut. B.qdē hyemale tropicū hat. D.aut australe & capiat polus æquinoctialis. A.E.C. in arcu. A.B.C. sitq; ipse in punto. F. Et decidat. E.I.arcus eius circuli qā p mediū signorꝫ ē. Supponatq; taliu esse 30. partiū qualiu maximus circulus ē. 360. Describaturq; per. F.I. maximus circuli arcus. F.I. T. Sitq; ppositū nostrū. I.T.arcum inuenire. Sed illud uniuersaliter, ne in singulis repeatat, hic dictū sit qā quandocūq; arcuū aut chordaꝝ quātitates dicimus, & gradus aut partes numero cōplectimur. In arcubus qdē tales intelligimus gradus quales maximi circūferetia circuli haber. 360. In chordis uero tales partes quales circuli diameter habet. 120. Quoniā ergo in maximoꝝ descriptione circuloꝝ in duos A.F.&.A.E.arcus/duo descripti sunt. F.I.&.E.B.in pūcto. I. seipsoꝫ secantes, pportio chordæ dupli arcus. F.A.ad chordā dupli arcus. A.B.cōposita est ex pportionibus chordarꝫ dupli arcus. F.T.ad dupli arcus. T.I.& dupli arcus. I.E. ad dupli arcus. E.B. ¶ Sed duplus. F.A.partis circūferetiæ arcus graduū est. 180. & chorda ei subtensa partiū est. 120. Arcus uero. A.B.partis circūferetiæ duplus sūm proportionē. II.ad.83. in qua conuenimus graduum est. 47.42.40. Chorda uero ei subtensa. 48.31.54. ¶ Et rursus duplus arcus. E.I.partis circūferetiæ graduū est. 60. & chorda eius. 60. Arcus uero. E.B.partis circūferentiæ duplus. 180. & chorda eius. 120. relinquens ppor-




tio chordæ dupli arcus. F.T. quæ est pportio. 120. ad. 24. 15. 57. sed arcus. F.T. partis circuferentiaz duplus graduū est. 180. & chorda eius. 120. Ergo chorda etiā dupli arcus T.I. partii est. 24. 15. 57. Quare duplus arcus. T.I. partis circuferentiaz graduū est. 23. 19. 59. Ipse uero arcus. T.I. 11. 40. graduum proxime. Sed supponatur rursum. I.E. arcus gradum esse. 60. Sic igitur ceteris non mutatis duplus. I.E. partis circuferentiaz arcus graduū erit. 120. & chorda eius partium. 103. 55. 23. Si ergo rursus a proportione. 120. ad. 48. 31. 55. auferamus pporitionem. 103. 55. 23. ad. 120. relinquēt propositio chordæ dupli arcus. F.T. ad chordam dupli arcus. T.I. quæ ē proportio. 120. ad. 42. 1. 48. & est chorda dupli arcus. F.T. partium. 120. quare chorda dupli arcus. T.I. partium erit. 42. 1. 48. duplus ergo. I.T. partis circuferentiaz arcus graduū est. 41. 0. 18. ipse uero arcus. I.T. 20. 30. 9. quæ nobis erant demonstranda. Hoc modo in particularibus quoq; arcubus quantitates computando/quartæ partis idest. 90. graduū tabulam faciemus/quaæ arcuū (partibus circuferentiarum demonstratis) sumilium quantitates continebit/& est hæc.

Tabula solaris obliquationis: seu declinationis ⊖

Circuferentiaz				Circuferentiaz			
per media	Meridiani			per Media	Meridiani		
partes	C	M	2 ^a	partes	C	M	2 ^a
1	0	24	16	46	16	54	47
2	0	48	31	47	17	12	16
3	1	12	46	48	17	29	27
4	1	37	0	49	17	46	20
5	2	11	2	50	18	2	57
6	2	25	22	51	18	19	15
7	2	49	30	52	18	35	5
8	3	13	35	53	18	50	41
9	3	37	37	54	19	55	7
10	4	13	8	55	19	20	56
11	4	25	32	56	19	35	28
12	4	49	24	57	19	49	42
13	5	13	11	58	20	3	31
14	5	36	53	59	20	17	4
15	6	0	31	60	20	30	9
16	6	24	1	61	20	42	58
17	6	47	26	62	20	55	24
18	7	10	45	63	21	7	21
19	7	33	57	64	21	18	58
20	7	57	3	65	21	30	11
21	8	20	0	66	21	41	0
22	8	42	50	67	21	53	25
23	9	5	32	68	22	1	25
24	9	28	5	69	22	11	11
25	9	50	29	70	22	20	18
26	10	12	46	71	22	28	57
27	10	34	57	72	22	37	17
28	10	56	44	73	22	45	11
29	11	18	25	74	22	52	59
30	11	39	55	75	22	59	41
31	12	1	20	76	23	6	17
32	12	22	30	77	23	12	27
33	12	43	28	78	23	18	11
34	13	4	14	79	23	23	28
35	13	24	47	80	23	28	16
36	13	45	6	81	23	32	30
37	14	5	11	82	23	36	35
38	14	25	2	83	23	40	2
39	14	44	39	84	23	43	3
40	15	4	4	85	23	45	34
41	15	23	10	86	23	47	39
42	15	42	2	87	23	49	16
43	16	0	38	88	23	50	25
44	16	18	58	89	23	51	6
45	16	37	20	90	23	51	20

¶ De ascensionibus in recta sphæra.

Cuiuslibet arcus eclipticæ
a sectione equatoris & eclipticæ incohati ascensione
rectam ostendere.



E Q V I T V R ut una cum iisis/demonstremus arcuū æquinoctialis circuli quātitates factas a descriptis per polos eius circulis & a datis obli qui circuli partibus. Sic enim babebim⁹ in quoæ æquinoctialibus tem poribus eius circuli gradus qui per medium signorum & meridianum ubiq⁹ & rectæ sphærae horizontem pertransibunt/Ideo quia etiam ipse tunc solum modo per polos æqnoctialis describitur. Præsuponat⁹ igitur descriptio datoq⁹ rur sūs obliqui circuli arcu. I.E. triginta graduum prius præpositum sit. E.T. arcum æq noctialis inuenire. Similiter ergo/ut in superioribus proportio chordæ dupli arcus F.B.ad chordam dupli arcus. B.A.composita est ex proportionibus chordarum du pli arcus. F.I.ad dupli arcus. I.T.& dupli arcus. T.E.ad dupli arcus. E.A. Sed arcus E.B.partis circuferentiaæ duplus graduum est. 132.17.20. Et chorda eius partiū. 109. 44.53. Duplus uero arcus. B.A. 4.7.42.40. & chorda eius. 48.31.55. Et rursus duplus F.I.partis circuferentiaæ arcus graduum est. 156.40.2. & chorda eius partiū. 117.31. 15. Duplus uero arcus. I.T. partis circuferentiaæ. 23.19.59. & chorda eius. 24.15.57. Si ergo a proportione. 109.44.53. ad. 48.31.55. auferamus proportionem. 117.31.15. ad 24.15.57. remanebit nobis proportio chordæ dupli arcus. T.E.ad chordam dupli arcus. E.A. quæ est proportio. 54.52.26. ad. 117.31.15. eadem proportio est etiā. 56.1.25. ad. 120. & est arcus quidem. E.A. partis circuferentiaæ duplus graduum. 180. Chorda uero eius partiū. 120. Quare chorda etiam dupli arcus. E.T. 56.1.25. partiū est. Erit igitur duplus. E.T. partis circuferentiaæ arcus. 55.40. graduum proxime/ipse uero. E.T. 27.50. ¶ Supponatur rursus. E.I. arcus graduum. 60. Sic igitur (cæteris nō mutatis) duplus. F.I. partis circuferentiaæ arcus graduum erit. 138.59.42. Et subtenſa ei chorda partiū. 112.23.56. Duplus autem. I.T. partis circuferentiaæ gradum. 41. 5.18. & chorda eius. 42.1.48. partiū. ¶ Si ergo a proportione. 109.44.53. ad. 48. 31.55. auferamus proportionem. 112.23.56. ad. 42.1.48. relinquetur proportio chordæ dupli arcus. T.E.ad chordam dupli arcus. T.A. quæ est proportio. 95.2.40. ad. 112.23. 56. Sed eadem proportio est. 101.28. 20. ad. 120. & est chorda dupli arcus. E.A. partiū. 120. Quare chorda etiam dupli arcus. T.E. partiū erit. 101.28. proxime. Erit igitur duplus. E.T. partis circuferentiaæ arcus graduum. 115.20. Ipse uero. T.E. 57.44. earūdē. ¶ Demonstrat⁹ igitur q̄a prima duodecima pars circuli q̄ per mediū signorum describitur/ab æquinoctiali punto accepta pertiansens æquinoctialis circuli gradibus. 27.50. secundum positum modum æquabitur/secunda gradibus 29.54. Nam utraq⁹ simul graduum demonstrat⁹ sunt. 57.44. ¶ Tertia uero duo decima pars/quoniam tota obliqui circuli pars quarta recti æquinoctialis quartæ si cutad circulos qui per polos æquinoctialis describuntur æqualiter compertransit residuis ad quartam partem gradibus. 32.19. æqualiter compertransibit. ¶ Eodem modo expositam demonstrationem prosequentes singulis etiam. 10. gradibus obli qui circuli contrâseuntes æquinoctialis gradus computauimus. His enim minores nulla quantitate(quæ digna cura sit) differunt ab excessibus qui æqualiter adduntur. Has decades exponemus: ut in quo temporibus utraq⁹ ipsarum & meridianū: ut diximus ubiq⁹ & rectæ sphærae horizontem pertranseat paratum habeamus ini tiumq⁹ a decima parte(quæ ab æquinoctiali punto incipit) faciemus. ¶ Prima igitur continet tempora. 9.10. Secunda. 9.15. Tertia. 9.25. Ita primæ duodecime partes 27.50. tempora colliguntur. ¶ Quarta temporum est. 9.40. ¶ Quinta. 9.58. ¶ Sexta. 10.16. ¶ Ita secundæ quoq⁹ duodecimæ tempora colliguntur. 29.54. ¶ Septima tempora continet. 10.34. ¶ Octaua. 10.47. ¶ Nona. 10.55. Ut rursus tertia duodeci mæ partis quæ ad tropica signa exit. 32.16. Totius uero quartæ partis. 90. continet tempora colligantur. ¶ Est autem per se manifestum/quia reliquarum quoq⁹ quartarum ordo idem penitus est/nam quoniam sphæra recta: idest æquinoctialis sine declinatione ad horizontem supponitur/penitus omnibus accidentit.

	5	m
V	27	50
8	29	54
II	32	16
	90	0

LV.	V	8	II	GAV.
5	5m	5m	5m	5m
10	9 10	9 40	10 34	27 50
20	9 15	9 58	10 47	29 54
30	9 25	10 16	10 55	32 16
	27 50	29 54	32 16	90 0

in sphæra recta Ascensiones

INCIPIT LIBER II PTOLEMAEI MAGNAE COMPOSITIONIS.

C De uniuersali orbis terrarum situ quia nobis habitatur. Cap.I.



cum maximo circulo (qui per punctum uerticis describitur) concurrat: supposito q^{uod} A.punctum polus horizontis sit: & coniunctis A.D.&.A.E.differenti isti quoq^{ue} ab arcu. A.B.& anguli.B.A.D.&.B.A.E.ab angulo qui prius non erat: dantur aut^e arcus.A.D.&.A.E.per proportionem rectarum linearum propter indifferentiam ex iⁿneis.A.B.&.B.D.&.B.E.datis. Quadrata enim ipsarum composita faciunt quadrata linearum. A.D.&.A.E.consequenter etiam anguli.B.A.D.&.B.A.E. Quia d^{icitu}s uero situs zodiaci declinatur si ex F.horizontis polo.F.B.C.&.F.I.D.&.F.E.T.arcus coniunxerimus:enit arcus.F.B.& angulus.A.B.F. datus : & similiter.B. D. &.B.E. Querutur autem tum arcus.F.D.&.F.E.tum anguli.A.I.F.&.A.T.F. qui dantur deductis ad arcum.F.B.E.perpendicularibus.D.C.&.E.L.nam quoniam.A. B. F. angulus datus est:estq^{ue} angulus.A.B.E.semperrectus. Dantur prosector rectangula. B. C.D.&.B.L.E.proportio etiam.F.B.ad eos arcus qui rectum ambeunt angulum: quoniam etiam ad.D.B.&.B.E.quibus reclus subteditur angulus:q^{ue}re.F.D. quoq^{ue} &.F.E. rectum subtendentes angulum:dabuntur:qua propter etiam anguli. D. F. C.&.E.F.L qui quesitorum excessus sunt. Nam angulus.A.I.F.maior est quā angulus.A.B.F.angulo.D.F.B. At uero angulus.A.T.F.minor est q^{ue} angulus. A. B. F. angulo.A.F.L. Perspicuum autem est maximam tunc fieri differentiam/quāvis eadem secundum latitudinem distantia supponatur/angulorum quidem quando. B. punctum idem sit puncto uerticis/nam cum nullus ad.B.angulus cōsituatur arcus qui sunt ex uertice ad.D.&.E.puncta rectos ad zodiacum angulos faciunt. Arcum uero quando idem similiter situs sit:nam cum nullus ad.B.arcus fiat tanti erunt arcus ad.D.& ad.E.quantū sunt arcus progressus lunaris secundum latitudinem:& quando qui per uerticē est:reclus ē ad zodiacum. Tunc enim arcus.F.D.&.F.E.totius progressu latitudinis ab.F.B.arcu different. ¶ In aliis autem si tibus cum.D. E. arcus ad.F.B.arcum declinetur: tam arcuū q^{ue} angulorum excessus ad minus cōtrahentur:quare quando quinq^{ue} gra.linea secundū latitudinem a circulo qui per medium signorum est distat:tunc maxima diuersitatis aspectuum differentia erit sexagesimarum.10.proxime. Nam quinq^{ue} maxime differentiae arcuū gradus.tot diuersitatis aspectū sexagesimas in maximis excessibus & minimis distatiis faciunt:quādo autem maximo progressu (qui in solaribus eclipsibus est) distat:qui est gra.1.30. proxime:tunc differentia diuersitatis aspectuum totidem sexagesimarum erit hoc est.1.30.quod raro accidit:uia tamen ratioq^{ue} ad huiusmodi angulorum & arcuum emendationem hoc modo facilis uolenti breuiter fiet: Vniuersaliter enim duplicitum angulorum numerum in tabula chordarum & arcuum queremus & correspondentes tum ipsi tum residuo ad.180.duorum rectorum gradus seorsum in latitudinis gra. Multiplicabimus:& partem centesimam atq^{ue} uigesimam utrorumq^{ue} cōscrībemus:& numerum ex primo angulo factum:subtrahemus:a supposito circuli per uerticem arcu. si luna in eadem cū uerticis puncto parte sit:finuero in opposita ad demus:& numerum hinc factum in seipsum multiplicabim⁹ eiq^{ue} addemus:quadrum ex numero relicti anguli factum:& totius radicem congrue dicemus:arcum es se quem quārebamus. Post hanc numerum reliqui anguli iam conscriptam in.10. Multiplicabimus seorsū per inuentos arcus partiemur:& medianum arcuū qui factum numero in tabula chordarum adiacent partem:si arcus æquatus maior primo fuerit addemus primi anguli partibus:finuero minor subtrahemus ab ipsis:& sic angulum æquatum habebimus. ¶ Sit in præposita descriptione (gratia exempli)arcus. F.B. graduum.45.angulus uero.A.B.F.taliū.30.qualiū unus rectus est.90.uterq^{ue} autē D.B.&.B.E.latitudinis arcus gra.5.quoniam igitur.30.gradibus duplicatis hoc est 60.adiacet linea partium.60.reliquis uero ad duos rectos hoc est.10.adiacet linea partium.104.proxime. Iccirco proportio.B.L.ad.L.E.fit ea quā est.60.ad.104.eadem autem est etiam proportio.B.E.ad.D.E.qualium est quā rectum angulū subtendit.120. ¶ Vtrunq^{ue} igitur numerum in quinq^{ue} gradus subtendentis multiplicabimus:& facti ex multiplicatione numeri centesimam & uigesimam partem capiemus:& sic habebimus utranq^{ue}.C.B.&.B.L.earundem.2.30.& utranq^{ue}.D.C.&.E.L. similiter.4.20.si ergo luna in.E.puncto esse supponitur/hanc quantitatem.2.30.a



Nā quinq^{ue} gradus differentia
maxime circufercentiarū tot cōſciunt sexagesimas diuersitatis
aspectū in maximis excessib^{us}
& minimis distantib^{us}.

45.gra.arcus.F.B.auferamus propterea q̄ ad eandem cum uertice partem distantia latitudinis lunæ:sit hoc est quoniam utraq; uel australiora uel borealiora zodiaco sint:& sic habebitur.F.L.gradus.42.30.¶ Si uero luna in puncto.D.sit propter cōtrariam causam addemus:& sic habebitur.F.C.gra.47.30.si ergo quadratum utri/ usq;. F.L.& F.C.seorsum composuerim⁹ cum quadrato utriusq;.D.C.& E.L.hoc est quadratum quod fit ex.4.20.cum quadrato quod fit ex.42.30.& cum eo quod fit ex.47.30.& congregatorum numerorum latus seorsum inuenimus: habebitur etiam arcus.F.E.gra.42.46.proxime:& arcus.F.D.similiter.47.44.reliquū aut̄ de inde.4.20.in.10.multiplicabim⁹ seorsum q̄ per.42.46.& 47.44.partiemur & sic habebimus.E.L.quidem talium.12.8.proxime qualium est.F.E.quæ rectum angu/ lum subtendit.120.D.C.autem.10.50.proxime qualium. F.D.quæ rectum angu/ lum subtendit.120.Verum cum chordæ partium.12.8.arcus.11.36.chordæ uero par/ tium.10.50.arcus graduum.10.20.proxime accōmodetur. Quorum medietate ca/ pta gradus quidem.5.48.anguli.E.F.L.subtrahimus a.30.gradibus anguli.A.B.F. propterea q̄.F.E.arcus minor est arcu.F.B.& sic habetur angulus.A.T.F.graduum 24.12.gradus autem.5.10.anguli.D.F.C.eisdem.30.addidimus propterea q̄ arcus F.D.maior est arcu.F.B.& sic habetur etiam angulus.A.I.F.gra.35.10.Quæ uia ratione q̄ nobis erant inuenienda.

*Quæ inuestigare nostrum erat
propositum.*

CINCIPIIT LIBER VI MAGNAE COMPOSITIONIS PTOLEMAEI

¶ De coniunctionibus atq; oppositionibus solis & lunæ. Capl'm.I.



V M V E R O D E I N C E P S de coniunctionibus atq; oppo/ sitionibus eclipsis lunæ ac solis dicendum sit: præcedatq; ad hoc coniunctionum & oppositionum uerarum consideratio. Quam/ uis ad primam istarum intelligētiā periodicos & inæquales mo/ tutos quos de utrisq; demonstrauimus luminarib⁹ sufficere: arbi/ tratur. Cum possibile per eos sit, non tedeat quotidie ac diligen/ ter inquirere futurarum oppositionum & coniunctionum locos & tempora inuenire: tam earum quæ in mediis motibus q̄ illarum quæ ueræ cum inæqualitate considerantur. Tamen ut etiam hæc nobis faciliora sint: tum tem/ poribus & locis periodicarum coniunctionum & oppositionum expositis: tū me/ diorum temporum lo:is inæqualitatis & latitudinis lunæ quibus & uerarum con/ iunctionum ac oppositionum æquatio fit. & ab istis ea quæ eclypsiū est: compo/ siimus tabulas ad hanc considerationem hoc modo.

¶ Quomodo medianum coniunctionum atq; oppositionum componen/ dæ tabulæ sunt. Capitulum.II.



R I M V M E N I M (ut mensium etiam locos sicut & ceterorum a primo Nabonassari anno constituamus) inuentum in eo anno in calen/ dis thoth secundum ægyptios in meridie: motum distantie graduum 70.37.ad medium diurnūq; distantia motum conferentes: inuenim⁹ di es.5.47.33.totidem igitur diebus ante meridiē calendarum thoth. Media con/ iunctio fuit: quare post eiusdem diei meridiem diebus.23.44.17.proxime facta de/ incepit fuit: hoc est post meridiem diei uigesimæ quartæ sexagesime diei unius.44.17.in diebus autem.23.44.17.medio quidem motu ☽ mouetur. grad.23.23.50. ¶ Luna uero inæqualitatis quidem.gra.310.8.15.latitudinis autē.314.2.21.¶ Obti/ nebat autem ī meridie kalendarum thoth medio motu sol quidē pisciū gra.0.45. ¶ Aux. 0.5.30. II. tempo re Ptolemaei.

¶ Et a sua maxima longitudine (facilior enim sic fit consideratio) gra.265.15.Lu/ na uero inæqualitatis: quidem a maxima epicycli longitudine gradus.268.49.

¶ Latitudinis autem a boreali obliqui circuli termino gra.354.15. ¶ In proposi/ to igitur tempore medie coniunctionis post kalendas sol & luna medio motu a so

LIBER VI

Iari maxima longitudine hoc est gradibus geminorum. 5.30. utriq; distabant gradibus. 288.38.50. luna uero inæqualitatis quidem a maxima longitudine gra. 218.57.15. latitudinis autem a boreali termino gra. 308.17.21.

¶ De synodis & pleniluniis.

Capitulum. 3.



T A T V E M V S I C I T V R primam tabulam coniunctionalem uersuum rursus. 45. ordinū. 5. Apponemusq; in primo uersu & primo ordine pri-
mum Nabonassari annū. ¶ In secundo autem ordine & uersu eodem
thoth mensis dies. 24.44.17. Sexagesimæ namq; quæ supersunt post me-
ridiem diei. 24. sunt. ¶ In tertio autem media a maxima solis longitudine distan-
tia gra. 288.38.50. ¶ In quarto eiusdem uersus ordine lunaris inæqualitatis grad.
218.57.15. ¶ In quinto latitudinis a boreali termino gra. 308.17.21. ¶ Et quoniam
in mediis mensis lunaris medietate dies sunt. 14.45.55. proxime gradus autem sola-
ris quidem motus. 14.33.12. ¶ Lunaris uero inæqualitatis. 192.54.30. & latitudinis
195.20.6. His numeris subtractis a propositæ coniunctionis numeris: reliquos si-
militer in secunda tabula quæ oppositionalis erit conscribemus: & relinquuntur au-
tem dies. 9.58.22. & gra. a maxima solari longitudine. 274.5.38. Inæqualitatis a ma-
xima lunæ longitudine. 26.2.45. latitudinis a boreali termino. 112.57.15. ¶ Et quo-
niam in 25. annis. 0.2.47.5. & sol quidem (reiectis integris circulis) obtinet gra. 353.
52.34.13. luna uero inæqualitatis quidem gradus. 57.21.44.1. latitudinis autē gra.
117.12.49.54. Primos quidem ordines duarum tabularum per. 25. annos augebimus/
secundos uero per. 0.2.47.5. diminuemus. ¶ Tertios per. 353.52.34.13. augebimus.
¶ Quartos per. 57.21.44.1. ¶ Quintos per. 117.12.49.54. ¶ Deinde annua tabu-
lam. 24. uersuum faciemus & aliam sub ipsa menstruam uersuum. 12. ¶ Habebit au-
tem utraq; totidem ordines quot prima: & in menstrua quidem tabula primū men-
sem in primo ordine uersus primi/ ponemus in ordine secundo eiusdem semper
uersus primi mensis dies. 19.31.50.8.20. ¶ In tertio solis in hoc tempore collectos
gradus. 29.6.23.1. ¶ In quinto inæqualitatis lunaris gradus. 25.49.0.8. ¶ In quin-
to latitudinis gra. 30.40.14.9. quos augebimus eisdem numeris qui in primis uer-
sibus scripti sunt. ¶ In tabula uero annua in primo quidē ordine primi uersus pri-
mum annum ponemus: In secudo residuos. 13. Mensium dies. 18.53.51.48. ¶ In
tertio solaris motus in tanto tempore gra. 18.22.59.18. ¶ In quarto lunaris inæqua-
litatis gra. 335.37.1.51. ¶ In quinto latitudinis gra. 38.43.3.51. quos etiam augebi-
mus: Nunc expositis tresdecim mensium quantitatibus: nunc duodecim mensiū:
& colligitur dies. 354.22.1.40. Solaris motus. gra. 349.16.36.16. lunaris inæqualita-
tis. 309.48.1.42. Latitudinis. 8.2.49.42. qui numeri in ultimo mensium tabulae uer-
su in quatuor ordinib; conscripti sunt: quoniam prima quæ sequitur coniunctio
sive oppositio post integros annos ægyptiacos ponitur. Sufficiet autem ad secun-
das usq; sexagesimas in tabulis progredi.

C Tabula Coniunctionum ♂

Annū collecti per. 256	1 ^a Mensis Thorbi	2 ^a D. M. 2 ^a	3 ^a S. M. 2 ^a	4 ^a S. M. 2 ^a	5 ^a S. M. 2 ^a
1	24 44 17	288 38 50	218 57 15	308 17 21	
26	24 41 30	282 31 24	276 18 59	65 30 11	
51	24 38 43	276 23 58	333 40 43	182 43 1	
76	24 35 56	270 16 33	31 2 27	299 55 51	
101	24 33 9	264 9 7	88 24 11	57 8 41	
126	24 30 22	258 1 41	145 45 45	174 21 31	
151	24 27 35	251 54 15	203 7 39	291 34 20	
176	24 24 47	245 46 50	260 29 23	48 47 10	
201	24 22 0	239 39 24	317 51 7	166 0 0	
226	24 19 13	233 31 58	15 12 51	283 12 50	
251	24 16 26	227 24 32	72 34 35	40 25 40	
276	24 13 39	221 17 6	129 56 19	157 38 30	
301	24 10 52	215 9 41	187 18 3	274 51 20	
326	24 8 5	209 2 15	244 39 47	32 4 10	
351	24 5 18	202 54 49	302 1 31	149 17 0	
376	24 2 31	196 47 23	359 23 15	266 29 50	
401	23 59 44	190 39 57	56 44 59	23 42 39	
426	23 56 57	184 32 32	114 6 43	140 55 29	
451	23 54 10	178 25 6	171 28 27	258 8 19	
476	23 51 23	172 17 40	228 50 11	15 21 9	
501	23 48 35	166 10 14	286 11 55	132 33 59	
526	23 45 48	160 2 49	343 33 39	249 46 49	
551	23 43 1	153 55 23	40 55 23	6 59 39	
576	23 40 14	147 47 17	98 17 7	124 12 29	
601	23 37 27	141 40 31	155 38 51	241 25 19	
626	23 34 40	135 33 5	213 0 35	358 38 9	
651	23 31 53	129 25 40	270 22 19	115 50 58	
676	23 29 6	123 18 14	327 44 3	233 3 48	
701	23 26 19	117 10 48	25 5 47	350 16 38	
726	23 23 32	111 3 22	82 27 31	107 29 28	
751	23 20 45	104 55 57	139 49 16	224 42 18	
776	23 17 57	98 48 31	197 11 0	341 55 8	
801	23 15 10	92 41 5	254 32 44	99 7 58	
826	23 12 23	86 33 39	311 54 28	216 20 48	
851	23 9 36	80 26 13	9 16 12	333 33 38	
876	23 6 49	74 18 48	66 37 56	90 46 28	
901	23 4 2	68 11 22	123 59 40	207 59 17	
926	23 1 15	62 3 56	181 21 24	325 12 7	
951	22 58 28	55 56 30	238 43 8	82 24 57	
976	22 55 41	49 49 4	296 4 52	199 37 47	
1001	22 52 54	43 41 39	353 26 36	316 50 37	
1026	22 50 7	37 34 13	50 48 20	74 3 27	
1051	22 47 20	31 26 47	108 10 4	191 16 17	
1076	22 44 32	25 19 21	165 31 48	308 29 7	
1101	22 41 45	19 11 56	222 53 32	65 41 57	

C³ Distantia ♂ ab Abside
seu longitudine maxima.C⁴ Distan. ab Abside epy.C⁵ Distan. a termino boreali.

LIBER VI

Tabula oppositionū seu pleniluniorum.

1 ^a	2 ^a	3 ^a	4 ^a	5 ^a
Anni collecti per. 250	Mensis Iulio	Distantia ☽ Ab Aries	Inequalitatis ☽	Latitude ☽
	D. M. 2 ^a .	S. M. 2 ^a .	S. M. 2 ^a .	S. M. 2 ^a .
1	9 58 22	274 5 38	26 2 45	112 57 15
26	9 55 35	267 58 12	83 24 29	230 10 5
51	9 52 48	261 50 46	140 46 13	347 22 55
76	9 50 1	255 43 21	198 7 57	104 35 45
101	9 47 14	249 35 55	255 29 41	221 48 35
126	9 44 27	243 28 29	312 51 25	339 1 25
151	9 41 40	237 21 3	10 13 9	96 14 14
176	9 38 52	231 13 38	67 34 53	213 27 4
201	9 36 5	225 6 12	124 56 37	330 39 54
226	9 33 18	218 58 46	182 18 21	87 52 44
251	9 30 31	212 51 20	239 40 5	205 5 34
276	9 27 44	206 43 54	297 1 49	322 18 24
301	9 24 57	200 36 29	354 23 33	79 31 14
326	9 22 10	194 29 3	51 45 17	196 44 4
351	9 19 23	188 21 37	109 7 1	313 56 54
376	9 16 36	182 14 11	166 28 45	71 9 44
401	9 13 49	176 6 45	223 50 29	188 22 33
426	9 11 2	169 59 20	281 12 13	305 35 23
451	9 8 15	163 51 54	338 33 57	62 48 13
476	9 5 27	157 44 28	35 55 41	180 1 3
501	9 2 40	151 37 2	93 17 25	297 13 53
526	8 59 53	145 29 37	150 39 9	54 26 43
551	8 57 6	139 22 11	208 0 53	171 39 33
576	8 54 19	133 14 45	265 22 37	288 52 23
601	8 51 32	127 7 19	322 44 21	46 5 13
626	8 48 45	120 59 53	20 6 5	163 18 3
651	8 45 58	114 52 28	77 27 49	280 30 52
676	8 43 11	108 45 2	134 49 33	37 43 42
701	8 40 24	102 37 36	192 11 17	154 56 32
726	8 37 37	96 30 10	249 33 1	272 9 22
751	8 34 50	90 22 45	306 54 45	29 22 12
776	8 32 2	84 15 19	4 16 29	146 35 2
801	8 29 15	78 7 53	61 38 14	263 47 52
826	8 26 28	72 0 27	118 59 58	21 0 42
851	8 23 41	65 53 1	176 21 42	138 13 32
876	8 20 54	59 45 36	233 43 26	255 26 22
901	8 18 7	53 38 10	291 5 10	12 39 11
926	8 15 20	47 30 54	348 26 54	129 52 1
951	8 12 33	41 23 18	45 48 38	247 4 51
976	8 9 46	35 15 52	103 10 22	4 17 41
1001	8 6 59	29 8 27	160 32 6	121 30 31
1026	8 4 12	23 1 1	217 53 50	238 43 21
1051	8 1 25	16 53 35	275 15 34	355 56 11
1076	7 58 37	10 46 9	332 37 18	113 9 1
1101	7 55 50	4 38 44	29 59 2	230 21 51

Annui loci coniunctionum & oppositionum siue pleniluniorum.

Annis simpli/ ces	1 ^a Mensis Thoth	2 ^a D. M. 2 ^a	3 ^a S. M. 2 ^a	4 ^a S. M. 2 ^a	5 ^a S. M. 2 ^a
1	18 53 52	18 22 59	335 37 2	38 43 4	
2	8 15 53	7 39 36	285 25 4	46 45 54	
3	27 9 45	26 2 35	261 2 5	85 28 57	
4	16 31 47	15 19 11	210 50 7	93 31 47	
5	5 53 49	4 35 47	160 38 9	101 34 37	
6	24 47 40	22 58 47	136 15 11	140 17 41	
7	14 9 42	12 15 23	86 3 12	148 20 1	
8	3 31 44	1 31 59	35 51 14	156 23 20	
9	22 25 36	19 54 59	11 28 16	195 6 24	
10	11 47 37	9 11 35	321 16 18	203 9 14	
11	1 9 39	358 28 11	271 4 19	211 12 3	
12	20 3 31	16 51 10	246 41 21	249 55 7	
13	9 25 32	6 7 47	196 29 23	257 57 57	
14	28 19 24	24 30 46	172 6 25	296 41 1	
15	17 41 26	13 47 22	121 54 26	304 43 50	
16	7 3 28	3 3 59	71 42 28	312 46 40	
17	25 57 19	21 26 58	47 19 30	351 29 44	
18	18 19 21	10 43 34	357 7 32	359 32 34	
19	4 41 23	0 0 10	306 55 33	7 35 23	
20	23 35 14	18 23 10	282 32 35	46 18 27	
21	12 57 16	7 39 46	232 20 37	54 21 17	
22	2 19 18	356 56 22	182 8 39	62 24 7	
23	21 13 9	15 19 22	157 45 41	101 7 10	
24	10 35 11	4 35 58	107 33 43	109 10 0	

¶ Nabonassari

Tabula nomiluniorum & pleniluniorum in mensibus

Menses	Dies M 2 ^a	S. M. 2 ^a	S. M. 2 ^a	S. M. 2 ^a
1	29 31 50	29 6 23	25 49 0	30 40 14
2	59 3 40	58 12 46	51 38 0	61 20 28
3	88 35 30	87 19 9	77 27 0	92 0 42
4	118 7 21	116 25 32	103 16 1	122 40 57
5	147 39 11	145 31 55	129 5 1	153 21 11
6	177 11 1	174 38 18	154 54 1	184 1 25
7	206 42 51	203 44 41	180 43 1	214 41 39
8	236 14 41	232 51 4	206 32 1	245 21 53
9	265 46 31	261 57 27	232 21 1	276 2 7
10	295 18 21	291 3 50	258 10 1	306 42 21
11	324 50 12	320 10 13	283 59 2	337 22 36
12	354 22 2	349 16 36	309 48 2	8 2 50

Termin luminarum.

Ab	Uig	Ad
S. M.	S. M.	
⊕ 69 19	101 22	
258 38	290 41	
⊕ 74 48	105 12	
254 48	285 12	

CONQUO & piodicas & ueras coiunctiones & oppositiōes cōsiderare oportet. Ca. IIII.



V A N D O igitur uolumus in aliquo tēpore medias coiunctiones atq; oppositiones inuenire. Quareminus annoꝝ numerꝝ quotus a primo Na bonassari anno sit, & singulos qđe uigintiqꝫ annos in primo primæ & secundæ tabulæ ordine. Simplices uero in primo tertia inueniemus, & quæ annoꝝ numeris in sequētibus ordinibus eodē in uerſu correspondent. In coiunctionibus quidē ex prima & tercia tabula. In oppositionibus aut ex secunda & tercia similiter sumemus: cōgrueq; cōgregabimus, & ex collectis ex ordine secundo habebimus tēpus a principio anni coiunctionis illius/utputa si collecti fuerint dies. 24.44. post meridię diei uigesimæ quartæ thoth sexagesimis. 44. mediū tēpus fore dicemus. Sin uero. 34.44. post meridiem diei quartæ Phaophi totidē sexagesimis. Ex tertio aut gradus solis a maxima sua lōgitudine habebimus. Ex quarto/gradiis inæqualitatis Lunæ a maxima lōgitudine. Ex quinto gra. latitudinis a boreali termino. **C** Reliquos etiā cōsequēter siue ocs/siue aliquos inuenire uoluerimus facile ex mēstrua quartaq; tabula inuētos cōputabimus numeros/dieis sexagesimis ad horas æquales (propter faciliorē usum) reductis. Ita ut horarū numerus æquatorum dierū sit. Tēporalis enim hora nō eadē semper cōprehenditur, cū dierū inæqualium sit. Hac rē æquabimus ut quēadmodū dictū est differētiā eius inueniemus. Nā si maior sit temporum quātitas (quæ ad inæqualē distatiā erit) subtrahemus differentiā a distatiā æqualiter collecta. Si uero minor addemus: hoc igitur modo coiunctionis aut oppositionis medioꝝ motuꝝ tēpore capto & inæqualitatibꝫ triusq; luminariū in eodē tēpore: facilius & tēpus & locus uerus inuenietur, & ad hāc motus latitudinēs Lunæ per cōparationē ambarū inæqualitatū. Nā per additionē subtractionēq; i eo tēpore in utroq; inuētam. Motuꝝ solis & Lunæ & latitudinis uerū habebimus: & si in eodē gradu aut in oppositis luminaria sint: idipsum tempus ueræ coiunctionis aut oppositionis esse dicemus. **C** Sin autē cū distatiæ gradibus duodecimā eorum ipsosq; graduum partem quam sol proxime in die p̄reditur addētes, cōsiderabiimus quot æqualibus horis Luna tunc totidē gra. inæqualiter mouebitur. Et factā horarū quātitatē p̄iodico tēpori addemus. Si uerus Lunæ motus solari minor sit motu/sin autē maior subtrahemus ab ipso. Similiter ipsos quoq; distatiæ gradus simul cum duodecima eoꝝ parte uero lunari motui addemus, si minor erit solari: sin autē maior subtrahemus ab ipsa, tā p̄ lōgitudinē qđ p̄ latitudinē, & tū tēpus ueræ coiunctionis aut oppositionis. Tū uero p̄xime in obliquo círculo Lunæ motu habebimus. **C** In uenit autē semp inæqualis unius horæ lunæ motus in oppositiōibus atq; coiunctionibus hoc pacifico/inæqualitatis graduꝫ numerū in p̄posito tēpore datū in tabula inæqualitatis lunæ q̄remus. Capiemusq; ab excessu oppositay additionū aut subtractionū cōgruā uni inæqualitatis p̄ti differētiā ipsaīq; i mediū huius horæ inæqualitatis motū, hoc est in. o.32.40. Multipliabimus, & quod fiet si nūerus inæqualitatis in superioribus uerisbꝫ sit, q̄ sūt supra maximā additionē subtractionē: subtrahemus a medio unius horæ p̄ longitudinē motu/hoc ē. a. o.32.56. Sin uero iferioribꝫ addemus eisdē, & quod fiet: id luna tūc s̄m lōgitudinē i una æqli hora inæqualiter mouet. Sed tēpus qđe ueray coiunctionū oppositionūq; i Alexandria hoc nobis modo capieſ. Ad Alexandriæ nāq; meridianū horarū nobis tēpora cōstituta sūt, a qbus nō ē difficile coiunctio nū oppositionūq; tēpota i quois climate inuenire, dato æqliū horarū nūero/quibus ab Alexandria meridiano differt. A differētiā enī habitationū habebimus quot gradibus: dati loci meridianus a meridiano Alexandria distat, & si orientalior fuerit q̄ Alexandria: tot temporibus postea ibi q̄ in Alexandria erit. Sin autem occidentalior totidem prius, ita ut quindecim tempora unā æqualem faciant horam.

C De Eclipticis Solis & Lunæ terminis.

Cap. V.



IS I T A dictis/segture eoꝝ expositio quæ ad eclipticos Solis & Lunæ terminos p̄tinēt. Vt si nō ocs coiunctiones atq; oppositiones cōpurare uelimus, Sed solū illa quæ possint in eclipticos terminos incidere: facilis no-


bis ex apposito medio Lunæ per latitudinem motu in periodicis coiunctionibus atq; oppositionibus hæc consideratio sit. ¶ In antecedente igitur libro demonstratū a nobis est quod lunæ diameter subteedit arcū circuli qui in maxima luna distatia in in cōtro zodiaci maximus describitur sexagesimaruū unius grad. 31.20. idq; per duas eclypses in maxima epicycli lōgitudine factas cōputauimus. ¶ Nunc uero qm̄ maxi mos eclipticaruū cōiunctionū atq; oppositionū terminos iuenire uolumus q̄ fuit qm̄ lu na in minima epicycli lōgitudine est p̄ duas rursus eclipses i minima lōgitudine ob seruatas. Tuitus enī est per ea quæ apparēt ista demonstrati: quātū etiam hic arcus dia meter lunæ subteedit similiter demonstrabimus. ¶ In. 7. igitur anno Philometoris q̄ est. 574. a Nabonassaro Phamenoth (Em ægyptios) die. 27. sequēte. 28. ab incipiente octaua hora ad decimā usq; definiēte Alexandria luna defecit plurimū a septetrio ne digitis. 7. qm̄ igitur mediū tempus fuit post mediā noctē horis tēporalibus. 2.30. quæ fuerunt æquales. 2.20. ¶ Sol enim exacte. 6.4. Tauri grad. obtinebat: colligi turq; a constituto tempore Nabonassari usq; ad mediā eclypsim tēpus annorū ægy ptiacon. 573. dierum. 206. & horarū æqualiū simpliciter qdē. 14.3. ad dies autē æq; tos. 14. solū. In quo tēpore lunæ centrū media. 7.41. Scorpionis gradus obtinebat. Exacte autē. 6.16. & a maxima epicycli lōgitudine gra. 163.40. Aboreali autē obliqui circuli termino gra. 98.20. perspicuū est quia quoniā luna centrū. 8.20. a nodo gradib; in obliquo circulo distat, cū sit ipsa in minima distantia/umbræq; cētrū sit in circulo maximo q p̄ ipsam distantiam p̄ rectos angulos ad obliquū circulū describit. In quo transitu maximæ lunæ obscuritates efficiuntur. Tūc media 8.12. diametri eius pars i umbrā incidit. ¶ Trigesimo septimo rursus anno tertia fm Calippū periodo q̄ est. 607. A Nabonassaro Tybi fm ægyptios die. 2. Sequēte tertio/incipiente hora qn ta in Rhodo luna cepit deficere obscurata q̄ fuit plurimum ab austro digitis tribus, quoniā igitur etiam hic eclypsis initium ante mediam noctem fuit per duas horas temporales, quæ iu Rhodo & in Alexandria fuerunt æquales. 2.20. propterea q̄ sol 5.8. grad. Aquarii exacte obtinebat. ¶ Et medium tempus in quo maxima obscuratio fuit ante mediam noctem horis. 1.50. Aequalibus proxime: colligitur a tempore nobis constituto usq; ad mediā eclypsim tēpus annorum ægyptiacorum. 606. & dieg. 11. & horarū æqualium tam simpliciter q̄ ad dies æquatos. 10.10. in quo tēpore lunæ cētrū medio motu. 5.16. & exacte. 5.8. Leois gra. obtinebat: & a maxia epicycli lōgitudine. gra. 178.46. A boreali autē obliqui circuli termino gra. 280.36. perspicuū etiā hinc est, quia quādo. 10.36. gra. cētrū Lunæ in obliquo circulo distat a nodo cum ipsa sit in eadē minima distatia: & umbræ centrū cōmunē obtinebat seccio nē circuli q̄ per medium signorū est: & circuli qui per cētrū lunæ maximus: ad rectos angulos obliquo describitur. Tunc quarta pars diametri lunaris in umbram incidit. Sed qn. 8.20. gra. a nodo cētrū lunæ in obliquo circulo distat. Tūc quoq; distata me dio signorum sexagesimis. 43.20. unius gra. in circulo q̄ per polos eius maximus describit. ¶ Quido autē gra. 10.36. in obliquo circulo distat a nodo. Tūc distata circulo q̄ p̄ mediū signorū est. 5.4.50. unius gradus sexagesimis, in circulo q̄ per polos ei⁹ maximus describit. qm̄ igitur duarū eclypsi excessus tertia lunaris diametri partem cōtinet/excessus aut̄ expositarū distatiarū centri eius in eodem maximo circulo a pū cōto circuli q̄ per mediū est ab umbræ uidelicet cētro/sexagesimaruū unius grad. est. 11. 47. Patet q̄ etiā tota diameter lunæ subteedit arcū maximū circuli qui circa centrum zodiaci in minima eius distatia describitur sexagesimaruū unius gra. 35.20. proxime. ¶ Verū quoniā in secūda etiā eclypsi in qua lunaris diametri pars quarta defecit cētrū lunæ/a centro quidē umbræ distabat sexagesimis. 54.50. a pūcto uero quo linea centra coniungens arcum umbræ secat/quarta lunaris diametri parte hoc est sexagesimis. 8.50. ¶ Perspicuū hinc est quia etiā linea quæ est a centro umbræ in minima lunæ distantia relinquitur sexagesimaruū. 46. & est (in differēte quodā.) Maior q̄ dupla & tribus quintis q̄ illa quæ est a centro lunæ quæ est sexagesimaruū. 17.40. ¶ Sed linea ēt quæ est a centro solis subteedit similiter arcum circuli q̄ p̄ ipsum(cir ca cētrū zodiaci) maximus describitur sexagesimaruū. 15.40. aequaliter enim & sol & luna p̄prios circulos in maxima distatia cōiunctionū atq; oppositionū metiri demōstrati sunt. ¶ Quando ergo apparetens lunæ centrum in utraq; parte circuli qui per

G	M	2
I	31	20

Deliquium

○ 6 15 ♀

Defectus



mediū signoꝝ est/distat a centro solis unius gra.sexagesimis.33.20.quæ sunt a cōtro
utriusq; luminaris/tūc primum possibile est apparente sitū lunæ in contactu solis fieri.
¶ Veluti si intelligamus circuli quidem qui per mediū signorum est arcum.A.B.
obliqui uero lunaris arcum.C.D.æquidistantes ad sensum peruenire usq; ad eclipti
corū temporū transitus/describamusq;.A.E.C.maximi cīrculi arcum per polos obli
qui/intelligamusq; solis semicirculū esse circa punctū.A.& apparenſ lunæ centrū es-
ſe in.E.Vt primum solaris semicirculus in.F.puncto a lunari tangitur arcus.A.E quo
E.apparenſ lunæ centrū ex.A.solari distat/potest aliquando fieri/partium dictarum
o.33.20.Sed a Meroe ubi maximus dies.13.horarum æqualiū est/usq; ad hostia bory
sternis ubi maximus dies est horarum æqualium.16.ad septētrionem quidem maxi-
ma lunæ(in minima coniunctionum oppositionumq; distantia) aspectus diuersi-
tas est.o.8.proxiſe solari diuersitate ſimul computata/ad meridiem uero maxima
ſimiliter.o.58.est autem etiā maxima(fīm longitudinem)diuersitas quandoquidē
ad arcus diuersitas eſt.o.8.In Leone & Gemini.o.30.proxime/quando autē ad me-
ridiem.o.58.in Scorpione atq; in Piscibus.o.15.proxime.Si ergo uerum Lunæ cen-
trum in.D.puncto eſſe ſuppoſuerimus/& protracterimus linea.D.E.totius diuersi-
tatis:erit linea.D.C.diuersitatis fīm longitudinem proxime/Linea uero.C.E.diu-
erſitatis/fīm latitudinem/quare quādo luna eſt ſeptētrionalis a ſole/habetq; ad meri-
diem maximā diuersitatē.D.C.qdem erit.o.15.A.E.C.autē grad.1.31.proxime/&
quoniā pportio arcus a nodo ad punctū.C.ad arcū.C.A qui eſt p eclipticoꝝ termi-
norū diſtatiā/est pportio quā habet.ii.30.ad.1.quod facile intelligitur per demon-
ſtrationes de lunaris circuli declinatione factas.¶ Erit etiā hic ipſea nodo ad pun-
ctum.G.gra.17.26.cū ipſo uero.D.C.17.41.eorūdem/quādo autē meridionalis eſt
a ſole maximāq; ad ſeptētrionē habet diuersitatē/tūc.D.C.qdē erit.o.30.A.E.C.uē
ro tota.o.41.Et propter hoc arcus a nodo ad pūctū.C.graduū.7.52.& cū arcu.C.D.
toto.8.22.eorūdē/quādo igitur exacte centrū lunæ a quo uis nodo in obliquo circu-
lo ad ſeptētrionē quidē diſtat gradibus.17.41.Ad meridiem uero gra.8.22.Tunc pri-
mum in expositis nostri orbis regionibus poſſibile erit apparetē eius ſitum ad cō-
tactum ſolis fieri.¶ Rursus quoniā maxima ſolaris inæqualitatis differentia.2.33.
gradus demōſtrata eſt:lunaris uero quæ in oppoſitiōibus & cōiunctionibus accidit
gra.5.1.poſſibile erit lunā aliquādo fīm periodicas cōiunctiones atq; oppositiones
7.24.gradibus diſtare a ſole.Sed in quo tempore hos grad.luna pertranſit in eo ſol
tertia decimā partē iſtorū p̄xime hoc eſt.o.34.pertransibit.In quo autem luna rur-
ſus.o.34.pertransit in eo etiam ſol tertiam decimam iſtorū partem hoc ē.o.3.proxi-
me pertransibit/quorum tertia decima pars non eſt digna de qua quāramus.Si er-
go hāc ad idē cōgregauerimus & facta.o.37.quæ ſunt duodecima pars gra.a princi-
cipio ſumptorū.7.24.solaris inæqualitatis gradibus.1.23.addiderimus:habebimus
grad.tres quibus maxime ueril longitudinis & latitudinis motus proximā different
a motibus mediis coniunctionum atq; oppositionum.Quare quando mediū cen-
tri lunæ motus in obliquo cīrculo diſtabat a nodis ad ſeptētrionē quidē grad.20.
41.ad meridiem uero.ii.22.Tunc primum expositis regionibus poſſibile erit appa-
retem eius ſitum ad cōtactum ſolis accedere.Et propter hāc quando a boreali obli-
qui lunæ circuli termino graduū numerus q; periodicas cōiunctionibus atq; oppōni-
bus adiacet incidit in gradus q; ſunt auta.69.19.usq; ad.101.22.auta.258.38.usq; ad
290.41.Tunc ſolum in expositis regionibus poſſibile erit accidere quod diximus.
¶ Rursus gratia etiā eclipticorum lunæ terminorum quoniā ſemidiameſter lu-
næ in minima eius diſtantia ſubtendere demōſtrata eſt arcum grad.o.17.40.Semi-
diameſter autem umbræ quæ dupla eſt demōſtrata.Et tribus proxime quintis ma-
ior ſemidiameſter lunæ colligitur eorūdem.o.45.56.patet quia quando exacte cen-
trum lunæ diſtabat ab umbræ centro.In maximo quidē cīrculo qui per ipsam & po-
los obliqui deſcribitur in utrāq; cīrculi qui per medium eſt partē gradibus.1.3.36.
In obliquo autē lunæ a quo uis nodo fīm proportionē unius ad.ii.30.gra.12.12.proxi-
me.Tunc primum poſſibile erit tangi umbrā a D.Et propter illa quæ de inæqualita-
te ſunt demōſtrata/quādo etiā centrum lunæ quod in medio motu capitū diſtabat a
nodo in cīrculo obliquo grad.15.12.ut in borealis termini numeris a.74.48.usq;

ad.105.12.&a.154.48.usq;.285.n.incidat:tūc primum possibile erit umbram tangi a luna.Apponemus igitur(expositis coniunctionum & oppositionum tabulis)solari um lunariūq; terminorum latitudinis lunæ numeros,ut facile discernamus quæ nam cōiunctiones oppositionesq; possint in eclipsim incidere.

¶ De distantia eclipticorum mensium.

Cap.VI.



E D V T I L E etiā erit istis addere, p̄ quo uniuersaliter mēses opposi-
tiones & cōiunctiones possibile sit eclipticas fieri, ne cū unam eclipticam
habeamus per oēs rursū deinceps eclipsim queramus: sed per illas q̄
tot mēsibus distāt ut possibile sit eclipsim fieri. **Q**uod igitur per sex mē-
ses tam Sol q̄ Luna deficere possint hinc manifestū est. Mediū enim Lunæ s̄m lati-
tudinē motus colligit sex mēsibus.gra.184.1.25. Arcus autē qui sunt inter eclipticos
terminos tam in sole q̄ in luna/citra quidē semicirculum pauciores. Ultra uero semi-
circulum plures continent gra. nā cū solares termini a quo uis/nodo in obliquo circu-
lo lunæ ad septētrionē quidē demonstratos gra.20.41.ad meridiem uero.11.21.inter-
cipiat, fit arcus nō eclipticus a septētrioē qdē gra.138.3.8.a meridie āt.157.16. Cū uero
lunares ad utrāq; mediū circuli partē in eodē obliquo a quo uis nodo grad.15.12.īter-
cipiat, colligifit uterq; arcus nō eclipticus.149.36. **C**Q dāuthis etiā suppositis pole-
fit lunæ defectū per maximōq; quinq; mēsiū fieri spatiū/hoc est in quo sol qdē maxi-
mū faciat trāsitum. Luna uero minimū hoc modo uidebimus. **N**ā quoniam in
medioq; quinq; mēsiū spatio motū longitudinis mediū utriusq; luminariū.145.32.
gra. inuenimus. Inæqualitatis uero lunaris in epiciclo gra.119.5. quoq;. 145.32. solis
gra. in maximo transītu qui est ad utrāq; minimæ lōgitudinis pte/ptermediū motū
4.38.gra. accipiunt &.119.5.gra. epicicli lunaris in minimo transītu/quotiam est ad
utrāq; maximæ lōgitudinis partē subtrahunt a medio motu gra.8.40. Certe in me-
dioq; quinq; mēsiū spatio. Quādo sol maximū facit motū & luna minimū. In ante-
cedētibus adhuc solis luna erit per gra. ex utrāq; inæqualitate collectos.13.18. quorū
rursus duodecimā/propter predemonstrata capientes partem: habebimus gra.1.6.p
xime/quibus sol ulterius mouebitur donec ad eū luna perueniat/quotiam ergo ex p̄
pria inæqualitate gra.4.38.accepit/& anteq; ad eum luna perueniat/quotiam ergo ex
propria inæqualitate gra.4.38.accepit/& ante quā ad eū luna perueniret gra.1.& se-
xagesimas sex habebit etiā maximorum mensiū spatium ultra mediorum per lōgi-
tudinē motuū gra.5.44. Totidē ergo pxime latitudinis etiā in obliquo circulo lu-
næ motus obtinebit ultra.153.21.proxime gradus latitudinis qui colliguntur in qn,
q̄ medioq; mēsiū spatio. Verus igitur s̄m latitudinē motus in maximis quinq; men-
sibus colligitur gra.159.5.sed ecliptici termini ad utrāq; circuli (qui p̄ mediū est) par-
tem continent in media lōgitudine lunæ i circulo quidē qui maximus p̄ polos obli-
qui describitur grad.unū proxime. In minima enī distātia.1.3.36.in maxima.10.56.
24. Colligitur in obliquo autē circulo gra.11.30.a quo uis nodo. Intermedius autē
& nō eclipticus arcus p̄ hoc colligitur gradui.157.q qdē minores sunt (coassumptis
s̄m maximam quinquæ mestrem intercapidine/in obliquo circulo gradibus.159.5.)
duabus partibus & sexagesimis quinq;. Perspicuū igitur est ex istis possibile esse lu-
nam in quinq; maximorum mensium spatio/cum in prima oppositione in recessu
a quo uis nodo defecerit. In ultima rursus in accessu ad oppositum nodum defice-
re/fietq; in utrisq; eclipsibus obscuratio ab eiusdem circuli (qui per medium est) par-
tibus/& nūq; a contrariis. **V**erum q̄ maximi quinq; mēses duas possint lunares
eclipses continere. Sic nobis perspicuum est/q̄ uere in septem mensibus impossibi-
le est id accidere/etiā si in minimorum mensiū septē spatium supposuerimus: hoc ē
in quo sol minimum faciet motū. Luna uero maximū, hoc modo similiter inuesti-
gantes uidebimus/nā in medioq; rursus septē mensiū spatio. Mediū s̄m longitudi-
nem utriusq; luminarium motus graduum est.203.45. Lunæ autē in epiciclo.180.
43. quorum.203.45. solis gra. s̄m minimum motum qui ad utrāq; maximæ distā-
tiæ partem est subtrahunta medio motu gra.4.42.epiciclia ueniunt lunæ gra.180.43.
s̄m maximum motum ad utrāq; minimæ longitudinis partem addunt medio mo-

Sed utile erit istis addere per
quos mēses perfectos: possibi-
le sit fieri coniunctiones ecy-
pticas, per sex enim mēses ac
cidere potest ut sol & luna bis
deficiant.

C Adhuc luna precedet solē
gradibus ex utrāq; inæquali-
tate collectis.13.18.

LIBER VI

tui gra. 9.58. In spatio igitur mediorū mēsium septem quahdo sol quidem minimi motus sit. Luna uero maximi ultra/luna. 14.40. gradibus (ex utraq; inæqualitate collectis) progredietur: quorum duodecimam partem. 4.42. gradibus (qui ab inæq; litate solari defecerunt) addemus & collectis. 5.55. proxime habebimus quot gradibus motus lōgitudinis in minimo septimestri spacio prior siue minor erit motu me diorum septē & motus similiter latitudinis deficit a medio spatio septem mēsium mo tu qui sunt gradus. 214.42. ¶ In minimis ergo septē mensibus per latitudinē luna in obliquo circulo. 208.47. gradibus mouebitur, sed totus inter eclipticos terminos in media lunæ lōgitudine obliqui circuli maximus arcus tam in accessu nodi alterius/q; in recessu cōtrarii graduum est. 203. Nō erit igitur possibile lunam in septē mē sium spatio/nec in minimorum quidem/si quo modo/in prima oppositione defecerit/in ultimo quoq; deficere. ¶ Sed ad demonstrandū etiam q; possibile sit etiā sole apud eosdem in uniuersis nostri orbis regionibus bis in maximorum quinq; mensi um spacio deficere/nā quoniam in quinq; maximis mensibus latitudinis lunæ mo tum. 159.5. partium demonstrauimus fitq; nō eclipticus in sole arcus in media lunæ distantia. 167.36. eorūdem/propterea q; ecliptici termini eius in circulo quidem qui per polos ipsius est: distat a medio partibus. 0.32.20. In obliquo uero lunæ. 6.12. proxime/pater quia si nulla lunaris aspectus diuersitas est: impossibile erit quod quarū tur/propterea q; non eclipticus arcus maior est q; motus mensium quinq; maximorum in obliquo quidem circulo partibus. 8.31. In circulo uero qui ad rectos zodiaco angulos describitur. 0.45. proxime. Vbi autem aspectus eius tanta diuersitas est: ut alterius extremarum coniunctionum aut utraq; simul aspectus diuersitas excedat gra. dictos. 0.45. ibi possibile est utrasq; coniunctiones extremas eclipticas fore/quo niam igitur demonstrauimus est in tēpore maximorum quinq; mensium/q; luna minimō motu. Sol aut in maximo mouetur a duabus uirginis partibus usq; ad duas aquarii partes/cū adhuc luna utrorūq; luminariū inæqualitatibus gra. 13.18. in antecedentibus solis sit: quos luna & ad eos duodecimā eorum partē in die uno & horis. 2.15. medie motū pertransit. Patet cum tempus mediorum quinq; mensium dierum sit. 147. & horarū. 15.45. proxime/q; tēpus quinq; maximorum mensū erit dierum. 148. & ho tarū. 18. Propterea cū p̄ia cōiunctio in duabus circiter uirginis partibus fiat. Ultimaq; circa duas partes Aquarii fit prior sex horis erit. Quæ ad integrōs dies deficit. ¶ Quare querendum ubi & quando luna aspectus poterit immutari: uel scilicet in altero duorū signorum quæ dicta sunt. Vel in utrisq; ut locus aquarii sex horis locū uirginis precedat/pluribus q; dictis. 45. sexagesimis. ¶ Ad septētrionē ergo(ut dixi/mus) nullibi lunæ tāta diuersitas aspectus inuenitur/quare impossibile est bis in maximarum quinq; mensium spacio solem deficere/secundū lunæ motum qui est in meridie circuli qui per medium signorum / hoc est quando in prima coniunctione ab ascendentē nodo recedit/& ultima ad ascendentēm accedit. ¶ Ad meridiem uero fere in regionibus quæ sunt post æquinoctialem uersus septētrionem/potest tan ta in utrisq; signis dictis secundūm præcedentēm (sex horis) situm diuersitas fieri/ quando duæ uirginis partes in prima coniunctione occidere. Et duæ aquarii partes in meridiano secundæ coniunctionis tempore supponuntur. In his enim sitibus inuenitur lunæ in media distātia diuersitas ad meridiem (solari diuersitate subtracta) sub ipso quidem æquinoctiali in Virginis situ grad. 0.22. proxime/in Aquarii. 0.14. Vbi autem dies maximus. 12.30. horarum est. In Virginis quidem situ grad. 0.27. In Aquarii uero. 0.22. ut esse diuersitates simul quatuor sexagesimis dictas. 45. sexagesimas excedant. ¶ Cum igitur in borealibus locis maior diuersitas q; in meridionalib; fiat: patet quia magis semper erit possibile bis in quinq; maximorum mensi um spatio huiusmodi locorum incolis defectum aspici solis. In solo tamen Lunæ motu septētrionali/hoc est quando in prima eclipsi ab ascendentē nodo recedit:& in secunda ad descendēntem accedit. ¶ Sed dico etiam rursus q; in septētrione quoq; minimorum mensium spatio possibile est bis apud eosdem solem deficere. Nam quoniam in hac temporis spatio motum latitudinis lunæ. 208.47. partium demonstrauimus. Maximusq; obliqui circuli arcus inter eclipticos terminos intercipiatur qui est ab accessu nodi unius usq; ad recessum oppositi. Colligitur h̄c dista-

G	M
214	42
208	47 Subtrahē
5.	55 Residuū

¶ In altero autē codice habetur.
¶ A duabus tertiis uirginis, usq; ad duas tertias aquarii.

tia in sole in media Lunæ longitudine partium. 192. 24. Quare perspicuum est quia si nulla rursus diuersitas Lunæ fuerit non poterit esse quod queritur, propterea quod arcus obliqui circuli qui sit in spatio minimorum septem mensium. Maior est arcu qui ab eclipticis Solis terminis maximus intercipitur in obliquo quidem circulo partibus. 16. 23. In circulo uero qui est per polos zodiaci. 1. 25. **C**vbi autem tanta diuersitas est ut alterius coniunctionum extremarum uel utriusq; diuersitatis simul excedant gra. 1. 25. ibi possibile est utrasq; coniunctiones extremas eclipticas fore. Quoniā ergo demonstratum est in tempore mediorum septem mensium quando luna maximo soli minimo motu mouetur ab extremitate Aquarii usq; ad medium Virginem. Lunā iam ultra uerum solem antecessisse gra. 14. 40. Cum totidem gra. & adhuc duodecimam partem ipsorum in una die & horis quinq; in die luna pertranseat, patet quia cum mediorum septem mensium tempus. 206. dies & horas. 17. proxime contineat tempus minimorum septem mensium erit. 205. dierum & horarum. 12. propterea extremæ coniunctionis quæ in medio Virginis fit tempus erit post primam quæ fuit in extremitate Aquarii horis. 12. **C**Quarendū igitur est ubi & quando maior q; gradus. 1. 25. Lunæ diuersitas potest fieri. Aut uidelicet in altero dictorum signorum aut in utrisq; secundū situm per. 12. horas, hoc est quando alterius in occasu, alterum in ortu est: non enim aliter, utraq; super terrā eclipsi fieri possibile est. Ad septētrionē ergo rursus in orbe habitabili nostro nullo in situ tanta Luna diuersitas inuenitur, nec sub ipso quidem æquinoctiali maior. 23. sexagesimis, quæ secundū latitudinem in maxima distantia fit. Quare impossibile est in septem minorum mensium spatio bis solem deficere secundū lunæ transitū, qui est a meridi die circuli per mediū, hoc est quando in prima quidē coniunctione ad ascendentem nodū accedit. In secunda uero ab ascendentē nodo recedit. Ad meridiē autem tantam ferme fieri diuersitatem in parallelo per Rhodium inuenimus. Quando extrema pars Aquarii oritur, & media Virginis occidit. In locis enim huius parallelī in utroq; horum situm (subtracta diuersitate solari) luna in media eius longitudine diuersitatem habet ad meridiē sexagesimarum. 46. ut umbrā coniunctionū diuersitates excedant gradū unum & sexagesimas. 25. Cum igitur maior ad meridiē in borealibus hoc parallelo fiat diuersitas. Perspicuum est quia possibile sit bis, ab incolis earum regionum in minimorum septem mensium spatio solem deficientem uide ri, tunc tamen in septētrionem solūmodo circuli qui per mediū signorum est luna moueatur, hoc est quando in prima quidem eclipsi ad descēdētē nodum accedit. In secundo uero ab ascendentē recedat. **C**Restat nunc illud demonstrandum q; in nostro terrarum orbe non est possibile bis in uno mense sole deficere. Neq; in eo, dem climate, neq; in diuersis etiam si quis cuncta supponat, quæ quāvis concurrere non possunt. Cum tamen concurrerent, conducent ad possibiliterē propositi. **D**i co autē etiā si lunam in minima supposuerimus longitudine, ut maior eius diuersitas sit: & mensem minimum, ut q; maxime possibile sit minimo. Maior menstruus latitudinis motus fiat arcu qui ab eclipticis solaribus continetur, etiam si differenter tum horis tum signis abutamur, in quibus luna maximas uidetur diuersitates aspergat, facere. Quoniā igitur in medio mense utrisq; luminarium motus gradus obtinet. 29. 6. & motus lunæ in epiciclo. 25. 49. Quorum. 29. 6. in minimo solis motu ad utrāq; maximæ longitudinis partem subtrahunt a medio motu. g. 1. fñ. 8. Epicili autem lunæ gra. 25. 49. in maximo eius motu ad utrāq; minimæ longitudinis partem addunt medio motui. 2. 28. Si per demonstrata sequentes in æqualitates ambas cō posuerimus, & gradus qui fiunt. 3. 36. partē duodecimam hoc est. o. 18. in æqualitate, qua sol deficiebat addiderimus: faciemus gra. 1. 26. Quibus minimi mensis motus minor erit motu mediū mensis tam per longitudinem q; per latitudinem. Quare quoniam mediū mensis per latitudinem motus gra. est. 30. 40. erit minimi mensis motus gra. 29. 14. qui faciūt in circulo qui per rectos angulos zodiaco maximus est gra. 2. 33. proxime. Sed totus eclipticorum solis terminorum transitus in minima lunæ distantia gra. Colligitur. i. 6. ut maior minimi mensis transitus fiat gra. 1. 27. Oportet igitur omnino ut si in uno mense sol bis posset deficere uel nullam esse in alte-

Non potest obis in uno mense eclipsari

LIBER VI

ra coniunctionum lunæ diuersitatē, in altera uero maiorem q. i. 27. uel ad eādem in utraq; coniunctione partem lunæ fieri diuersitatem & excessum utrarūq; diuersitatum maiorem esse q. i. 27. uel utraq; diuersitates plurimum esse q. i. 27. quādo alterius coniunctionis diuersitas ad septētrionem, alterius ad meridiem fieret. Sed nullibi terrarum in cōiunctionibus ne in minima quidem longitudine maior lunæ diuersitas est (solari diuersitate subtracta) q. gradus unius. Non erit igitur possibile bis in minimo mense solem deficere quādo uel in altera coniunctionum nulla uel ad eādem partem in utraq; lunæ diuersitas est, cum excessus earum uno gra. maior nō fiat. Oportetq; uel ipsi. i. 27. maiorem fieri. Solummodo igitur quod proposuimus accidere posset. Si utraq; diuersitate in oppositis partibus facta plures gradus collige rētur q. i. 27. Id uero in diuersis quidem orbis terrarum partibus possibile erit. Cum possit apud boreales ad æquinoctialem in orbe nostro ad meridiem & apud australis ultra æquinoctiale qui Antipodes nominatur (solis diuersitate subtracta) ad septētrionem lunæ diuersitatem esse a. o. 25. usq; ad grad. unum. In eadem autem orbis terrarum parte nunquā accidere poterit, propterea q. maxima lunæ diuersitas est similiter sub ipso quidem æquinoctiali non magis q. 25. sexagesimaru[m] tam ad septētrionem q. ad meridiem. Apud autem borealissimos aut australissimos non magis q. per gradum unum in partes oppositas. Ut etiam sic utraq; simul diuersitates minores inueniantur q. i. 27. Cum autem multo minor utraq; oppositarum diuersitatum semper fiat apud interiacentia loca inter æquinoctialem & utrāq; extremitatem: erit magis impossibile in illis quod quādūt apud eosdem, ergo nullibi terarum bis in eodem mēse solem deficere possibile est. Sed adhuc apud diuersos in eadem orbis terrarum parte quā nobis erant demonstranda.


¶ De tabulis ægypticis.

Cap. VII.




V A E I G I T V R coniunctionum distantia, in eclypsium consideratione accipiendæ nobis sint, per ea quā dicta sunt ad apertum est. Ut autem & media ipsarum tempora discernere motusq; lunæ computare. In coniunctionibus quidem apparentes. In oppositionibus autem per ueros locos lunæ sīn latitudine in facileq; considerare possumus, futuras omnino eclypticas coniunctiones atq; oppositiones: & magnitudines atq; tempora obscurationum: Tabulas ad huiusmodi cognitionem componemus, duas solarium eclypsium ḡa. Et duas lunarium, in maxima & minima lunæ distantia. Incrementumq; obscurationum per duodecimam utriusq; luminarium partē supponemus. ¶ Primā igitur solariū eclypsium tabulam qua ecliptici termini in maxima lunæ longitudine continetur, uersuum & ordinum quatuor faciemus. Quorum duo primi apparentem lunæ transitum in obliquo circulo secundum latitudinem in singulis obscurationibus continebunt, nam quoniā solis diameter sexagesimaru[m] est. 31. 20. Lunæq; in maxima distantia totidem esse demonstrata est: ac ideo quādo apprens lunæ centrum a centro solari (In circulo qui maximus per centra utraq; describitur) distat sexagesimis. 31. 20. & a nodo in obliquo circulo grad. 6. secundum expositam proportionem. 11. 30. ad unum, quā primum in contactu solis luna fit: propterea in primis uersibus ordinē ponemus. In primo quidē ordine gra. 84. In secundo uero gra. 276. In ultimis autē uersibus in primo rursus ordine grad. 96. in secundo uero gra. 264. Et qm̄ duodecimæ pti solaris diametri ab obliquo circu lo. 30. pxime sexagesimæ dāt. Per totidē minuēmus, augebimus, et binos ppositos ordines ab extremitatibus incipiētes: ita ut i mediis uersibus. 90. gra. & 270. colloca mus. ¶ Tertius aut̄ ordo magnitudines obscurationū ptingebit, ita ut i extremis ueribus. o. o. primi contactus initia ponantur, & deinceps digitus unus pro decima diametri parte. Similiterq; incremento per unum facto usq; ad inedium uersum ad quē duodecim dīgitorum numerus perueniet. ¶ Quartus aut̄ ordo transitus lunæ cōtinabit qui fiunt in singulis obscurationibus. Nunquā tamē cōputatis neq; scilicet ea motibus, neq; lunæ diuersitatibus. ¶ Secundā uero solariū eclypsium tabulā qua

 tempus. 4.86. annorum Nabonassaro chiac fm ægyptios. 17. sequente. 18. in mane.
 Fuit ergo maxima matutina a medio motu distantia graduum. 25.50. huic æqualem
 exacte maxima uestertina distantiam in obseruationibus quæ ad nos peruenie/
 runt non inuenimus. ¶ Per duas autem æquales proxime hoc modo æqualem cō/
 putauimus nam in eodem. 23. anno (fm Dionysium) Tauronis die quarto uesteri/
 distabat ad successionem Mercurius a linea cornuum Tauri per tres lunas. Videba/
 turq; pertransiens habiturus distantiam a cōmuni ad meridiem maiorem q; trium
 lunarum: ut rursus (fm principia nostra) 23.40.gra. Tauri obtineret: & erat tempus
 annorum rursus a Nabonassaro. 4.86. Phamenoth: fm ægyptios. 30. sequentis phar/
 mothi uesteri quando medius sol obtinebat. 23.30. Arietis. Fuit ergo maxima a me/
 dio motu uestertina distantia graduum. 24.10. ¶ Anno autem. 28. (fm Dionysiu)
 Geminionis septimo uesteri per reclam lineam erat maxime ad capita Geminorum.
 In meridie autem distabat ab australi (tertia lunari parte) minusq; duplū illius quo/
 q; capita inter se distat. ¶ Rursus igitur Mercurii tunc stella fm principia nostra. 29.
 20. Geminorum gradus obtinebat: & est tempus annorum. 4.91. a Nabonassaro phar/
 mothi fm ægyptios die quinto/sequentē sexto/ quando sol medius in. 2.50. Gemi/
 norum gradibus erat. Fuit ergo hæc quoq; distantia graduum. 26.30. Quoniam igi/
 tur cum medius motus esset in. 29.30.gra. Arietis maxima distantia fuit graduum. 24.
 10. Cum uero esset in geminorum gradibus. 2.50. Tunc distantia fuit graduum. 26.
 30. eratq; matutina. Cuius coniugata distantia gra. 25.50. erit per excessum duarū ob/
 seruationum quas modo subiecimus: colligitur enim mediorum quidem motuū
 excessus gra. 13.10. Maximarum uero distantiarum graduum. 2.20. Ita uni gradui &
 sexagesimis. 4.0. quibus. 24.10. gradus exceduntura. 25.50. gradibus. 24. proxime cō/
 gruunt. Quos si. 29.30. gradus Arietis addiderimus habebimus medium motum i:
 quo maxima distantia uestertina æqualiter (sicut matutina) colligitur gra. 25.50. in:

Ptolemaei obseruatio
Regno. 4. Antonini.

¶ Secundum Dionysium
Aquarionis mense
¶ Lunas tres uidelicet
Tres lunares diamantes

Tauronis

Geminionis

23.30.gra.Tanri.& ē pūctū iter.18.10.gra.Aquarii & 23.30.Tauri in.5.50.gra.Arietis.
C Anno rursus.24.(fm Dionysium) Leononis die.28.Vesperi præcedebat spicam Mercurius(Vt Hipparcus computauit) paulo plusq tres gra. Vt fm principia nostra 19.30.Virginis gradus tunc obtineret & est tempus.486.annorum a Nabonassaro Pauni fm ægyptios die.30.Vesperi/quando medius sol erat in gradibus Leonis.27.50.Fuit ergo maxima a medio motu distantia uespertina graduum.21.40.cui exa/cte correspondentem matutinam per duas rursum obseruationes computauimus. Anno enim.75.die.14.Dii mensis fm Chaldeos matutinus Mercurius erat superior q̄ fixa,quaæ est in extremitate Australis forficalis libra medietate unius brachii/ut se/ cundum nostra principia.14.10.libræ gradus tunc obtineret,& est tempus annorum 512.a Nabonassaro thot fm ægyptios die.9.sequente decimo in mane quando me/ dius sol erat in gradibus scorpionis.5.10.Fuit ergo matutina maxima distâta gra.21.
C Anno etiam.67.Appellei fm chaldeos die quito matutinus superior erat borea/ li fronte Scorpionis / medietate brachii. Erat ergo fm principia nostra in gradibus Scorpionis.2.20.Et est tempus anni.564.a Nabonassaro thot(fm ægyptios)27.se/ quente.28.in mane quando sol medius erat in Scorpionis gradibus.24.50.Fuit er/ go etiam hæc maxima distantia graduum.22.30.Quoniam ergo in his etiam dua/ bus obseruationibus mediorum quidem motuum excessus graduum.22.30.qm̄ er/ go i his duabus obseruatiōibus mediorū qdē motuū excessus graduū est.19.40.ma/ ximaruū autem distantiarum.1.30.Sexagesimis uero.40.unius gradus qu ibus.21. minoris distantia gradus exceduntur a.21.40.Maioris distantia gradibus congruit gradibus.9.proxime,hos si.5.10.Scorpionis gradibus addiderimus/habebimus me/ dium motum in quo Matutina distantia equalis efficitur ,gradibus uespertinæ.21.40.obtainentem.14.10.gradus Scorpionis:& est rursus punctum inter.27.50.gradi/ bus Leonis &.14.10.Scorpionis in.6.proxime gradibus libræ. **C** Ex istis igitur & ex illis quæ in aliis planetis particulariter considerauimus similiter in quinq; planetis inuenimus diametros quæ per maximas & minimas longitudines sunt ad successio/ nem signorum circa zodiaci centrum moueri : & motum hunc æque uelocem esse motui sphæræ fixarum.Nam ut demonstrauimus uno proxime gradu in centum annis illa mouetur. Sed hic tempus a priscis obseruationibus.In quo maxima Mer/ curii longitudo reperitur(400.fere annorum est quatuor graduum).In.6.eni gra. Arietis erat,quæ nunc.10.eiusdem gradus proxime longitudinis motus continet.

Leononis

Secundum chaldeos
Dii mensis

Appellæi mensis

Ab antiquarum obseruationibꝫ/epo/ re in quo maxima mercurii lōgitu/ doc circa 6.Arietis gradū reperiēbaꝫ/ per.400. annos usq ad Ptolemaei obseruationesq̄ erat in.10.sere gra/ du eiusdē/Circiter.4.(inquit) par/ tes motu suisse dephēsum est/ Ab his itaq; Mercurii una partē absoluit i/ 100.annis ueluti octava sphæra.


C Quod Mercurii quoq; stellabis proxima terræ in una reuolutione fit.Cap.VIII

S T H A E C consequenter magnitudines maximarum distantiarū quæ inuenimus quæ fiunt quando medius solis locus in ipsa maxima lon/ gitudine inuenitur & quando diametraliter ipsi opponitur. Id uero nō per priscas obseruationes : sed per nostras inuenimus;hic enim maxime instrumentalis perspectionis utilitas intelligitur. Nam etiam si non prope obserua/ das stellas;certos iam habentes locos fixæ cernuntur/ quod in Mercurio ut plurimū accidit:propterea q̄ raro quæ nobis conscriptæ de fixis sunt:æ qualiter Mercurio di/ stanta sole/possunt tamen etiā per multam distantium perspectionem exquisite quærendarum stellarum situs tam per longitudinem q̄ per latitudinem capi.

C Anno igitur Adriani.19.Athir(fm ægyptios)die.14.lequête.15.Mercurius quoq; matutinus & in maxima distantia perspiciebatur ad fixam quæ est in corde Leonis obtinebatq gradus Virginis.20.12.Sol autem medius erat in.9.15.gra.Libræ/ut ma/ xima distantia fuerit graduum.19.3.

C Eodem anno Pachon.19.vesperi i maxima rursus erat distâta p̄spectusq ad ful/ gentem de succulis obtinere cernebatur grad. Tauri.4.20.Sol autem medius.11.5. Arietis grad.obtinebat.Ita etiam hic maxima distantia.23.15.graduum inuenitur. Vnde p̄spicuū fit maximā Mercurialis excētrici lōgitudinē nō i Ariete sed i Libra eē.

C His enim datis fit diameter.A.B.C. quæ per maximam longitudinem est & fit



Antonini.4.anno.


zodiaci centrum. B. in quo est uisus. A. uero punctum sub ipso decimo libræ gradu
 C. autem sub decimo Arietis/ descriptisq; æqualibus epiciclis in. A. & in. C. centris:
 unus in quo. D. & alter in quo. E. producantur a punto. B. rectæ tangentes epiciclos
 lineæ. B. D. & B. E. & deducantur a centris ad contactus per pendiculares. A. D. & . G.
 E. quoniam ergo maxima matutina a medio motu distantia quæ in libra fuit fuisse
 obseruata est graduum. 19.3. erit angulus. A. B. D. qualiu[m] quidem quatuor recti sūt
 360. talium. 19.3. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 38.6. quare arcus quoq[ue]
 chordæ. A. D. talium erit. 38.6. qualium est circulus. Qui circa. A. B. D. rectangulum
 describitur. 360. Chordæ uero eius. A. D. talium. 39.9. proxime qualium est. A. B. qua
 rectus angulus subtenditur. 120. ¶ Rursus qucniam uespertina maxima a medio
 motu distantia quæ in Ariete fuit obseruata est fuisse graduum. 23.15. Erit etiam ani-
 gulus. G. B. E. talium. 23.15. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti
 sunt. 360. talium. 46.30. Quare arcus quoq[ue] chordæ. C. E. talium erit. 46.30. qualis
 um est circulus qui circa. G. B. E. rectangulum describitur. 360. & chorda eius. C. E.
 talium. 47.22. qualium est. B. G. qua rectus angulus subtenditur. 120. Quare qualium
 est. C. E. linea. 39.9. A. B. autem. 120. Equales enim sunt. A. D. & . C. E. Cum sit a cen-
 tro epicicli talium etiā erit. B. C. 99.9. Tota uero. A. B. G. linea. 219.9. quare si æquali-
 ter diuidatur in. F. punto erit. A. F. quidem medietas. 109.34. earundem linea
 uero quæ est inter puncta. B. F. 10.25. Quod igitur. F. punctum aut centrum
 est excentrici in quo semper epicicli centrum est / aut circa dicti circuli centrum fer-
 tur perspicuum est/sic enim solummodo centrum epicicli æqualiter ab. F. punto di-
 stabat. Sicuti demonstratum est/in utraq[ue] diametralium distantiarū. ¶ Verum quo-
 niam si. F. punctum centrum esset eius excentrici in quo epicicli centrum semper in-
 uenitur/stabilis esset excentricus hic:& situs qui est in ariete minime/ quem situm es-
 se longitudinis/propterea q. B. C. linea omnium linearum quæ ab ipso. B. ad circu-
 ferentiam circuli in punto. F. descripti protrahantur minima est/nec inuenitur situs
 qui in Ariete est minimæ cæterorum omnium lōgitudinis/cum situs qui sunt in Ceti
 minis & aquario minoris sint lōgitudinis ipso/& equales proxime inter se. Patet q[ue]
 centrum dicti excentrici circa. F. punctum fertur ad contrarium q[ue] epiciclus circudu-
 citur hoc est ad præcedentia signorum/semel etiam ipsum in una reuolutione. Sic
 enim bis in ipsa centrum epicicli erit in minima longitudine. ¶ Quod autē in Ceti
 minis & in Aquario propinquior terræ fit epiciclus q[ue] in Arietis situ ab expositis ob-
 seruationibus facile intelligitur/nam in obseruatiōe quā fecimus in anno. 16. Adri-
 ni Phamenoth. 16. uespertina maxima a medio motu distantia gra. erat. 21.15. & in
 obseruatione quā fecimus/in quarto anno Antonini Phamenoth. 18. maxima matu-
 tina a medio motu distantia gra. erat. 26.30. eratq[ue] medius sol in utrīsq[ue] obserua-
 tionib[us] in decimo gradu Aquarii. ¶ Et rursus in obseruatione quā fecimus in anno
 Adriani. 18. epiph. 19. matutina maxima a medio motu distantia/graduum erat. 21.
 15. & in obseruationi in primo anno Antonini epiph. 20. uespertina maxima a medio
 motu erat. 26.30. eratq[ue] medius in utrīsq[ue] similiterq[ue] sol in. 10. gradu Ceminorū ut
 maximæ distatiæ quæ in oppositis sit Aquario atq[ue] Ceminis simul captæ faciat gr.
 47.45. cū utrīsq[ue] distatiæ quæ in Ariete fuerūt/gradus cōtineat. 46.30. Nā cum ue-
 spertina æqualis sit matutinæ obseruata est fuisse graduum. 23.15.

¶ De proportione ac magnitudine inæqualitatū Mercurii.


Cap. IX.

 I. S. I. T. A. pmissis/demōstrandum iam sequitur in quo punto lineæ
 A. B. Annua restitutio epicicli per æqualē motū ad successione signoru[m]
 fiat/& quātum disteta pūcto. F. cētrū excentrici qui æqualis temporis
 restitutio[n]em ad p[re]cedētia facit. Vsi autem sumus ad hanc consideratio[n]em
 ne duabus maximarū distantiarū matutinæ/vespertinæq[ue] obseruationibus/cum ab
 utrīsq[ue] distantiis medius motus quartam partem distare ad eādem maximæ longi-
 tudinis partem/in quo situ maxima proxime differentia inæqualitatis zodiaci fit.
 ¶ Quartodecimo igitur anno. Adriani mesſori secundum ægyptios die. 18. ue-

Speri, sicut in observationibus Theonis inuenimus maxime a sole distabat Mercurius remotior ad precedentia a stella quæ in chorde leonis est gradus. 3.50. ut secundum nostra principia). 6.20. proxime leonis gradus obtineret, erat autem tunc medius sol in gra. cancri. 10.5. ut maxima distantia uespertina fuerit graduū 26.15. ¶ In secundo autem anno Antonini messori. 23. sequente. 24. in mane nos per astrolabium maximam eius distantiam obseruantes peripcientesq; ipsuad splēdidam succularum inuenimus enim in. 20.5. gra. geminorum/medius autem solis motus erat cancri gradibus. 10.20. ut maxima distantia inueniatur graduum. 20. 15. ¶ His suppositis fit per decimū gradum librae diameter. A. F. B. G. ponaturq; sicut in antecedente descriptione. A. quidem punctum ubi centrum epicycli sit quan- do est in decimo librae gradu. B. autem sit centrum zodiaci. F. ue- ro punctum circa quod centrum excentrici ad precedentia circun- ducitur. Primumq; proponatur inueniendum quantum distet a pūcto. B. centrum circa quod æqualem motum epicycli ad successionē fieri dicim⁹. fit igitur illud. I. & protrahatur per ipsum. I. linea quæ rectos ad. A. C. lineam angulos faciat: ut per quartam partem a ma- xima longitudine distet: & ipsa capiatur. T. centrum epicycli secun- dum obseruationes præmissas propterea q; etiam in ipsis mediis solis locus qui erat decimus cancri gra. per quartam partem a maxi- ma longitudine distat/descriptoq; circa. T. centrum. C. L. epicyclo protrahatur a punto. B. tangentes ipsum lineæ. B. C. &. B. L. & con- iungantur. T. C. &. T. L. &. B. T. Quoniam igitur in proposito me- dio loco matutina quidem maxima ab ipsoa distantia graduum esse supponitur. 20.15. uespertina uero. 26.15. erit angulus. C. B. L. talium 46.30. qualium quatuor recti sunt. 360. quare medietas etiam eius hoc est angulus. C. B. T. talium erit. 46.30. qualium duo recti sunt 360. arcus ergo chordæ. C. T. talium est. 46.30. qualium est circulus qui. B. T. C. rectangulo circuſcribitur. 360. & chorda sua. T. C. taliū 47.22. qualium est. B. T. quæ rectangulum subteſtit. 120. quas ob res qualium &. T. C. semidiame ter epicycli. 29.9. &. B. F. demonstrata 10.25. talium etiā erit. B. T. 99.9. ¶ Rursus qm excessus ppositarū maximaꝝ distan- tiarū qui est gra. 6. differētia in æqualitatis zodiaci bis continet/quæ differētia p̄tinet ab angulo o. B. T. I. utiā demonstrauimus erit angulus. B. T. I. taliū quidē. 3. q̄liū qua- tuor recti sunt. 360. qualiuero duo recti sunt. 360. taliū. 6. quare arcus etiā chordæ B. T. taliū erit. 6. qualiu est circulus qui. B. I. T. rectangulo circuſcribitur. 360. ipsa uero chorda. B. I. taliū. 6. 17. qualiu est. B. T. quæ rectū angulū subtendit. 120. qualiu igit̄ est. B. T. linea. 99.9. &. B. F. similiter. 10.25. talium. B. T. etiam erit. 5.12. est igit̄. B. I. linea medietas proxime ipsius. B. F. & erit utraq; linearum. B. I. &. T. F. talium. 5.12. proxime qualium est semidiame ter epicycli. 39.9. ¶ Rursus protrahantur in eadē descriptione etiā per. F. punctum in contraria parte lineæ. I. T. ad. A. C. linea perpen- diculares. F. M. N. in qua erit pfecto propter æqualis temporis restitutionem linea- rū. I. T. &. F. N. ad contraria centrū excentrici in quo. T. centrū epicycli est: & suppo- nat. F. A. æqualis ē linea. F. N. ut etiā. F. N. linea cōponat sicut &. A. F. ex semidia metro excentrici & linea quæ est inter centra ipsius dico & puncti. F. capiaturq; in ip- sa centrum excentrici & sit. M. coniungaturq; linea. F. T. qm igitur angulus. M. F. I. rectus est/est autē proxime indifferens recto angulus etiā. T. F. I. erit linea quoq; N. F. T. indifferens a recta. Estaū demonstratum qualium est semidiame ter epicycli. 39. 9. talium etiā esse lineam. F. N. quæ est æqualis linea. A. F. 109.34. lineam uero. F. T. quæ est æqualis linea. B. T. 99.9. earundem erit igitur tota linea. M. F. T. 208.43. & medietas eius linea. N. M. quæ est semidiame ter excentrici. 104.22. proxime: & re- liqua. F. M. quæ est inter centra. 5.12. est autem demonstrata etiam utraq; linearū. B. I. &. I. F. 5.12. Collectum igitur nobis est qualium est semidiame ter excentrici 104.22. talium esse utraq; ipsarū quæ inter centra sunt. 5.12. & semidiame ter epi- cycli. 39.9. qualiu igit̄ est semidiame ter excentrici. 60. taliū erit utraq; lineaꝝ q; sunt



LIBER IX



inter centra.3.0.& semidiameter epicycli.22.30.quod erat demonstrandum.
CQuod autem his ita demonstratis,maximæ quoq; a minimis longitudinibus distantiaæ obseruationibus conueniant/hoc est quando medius motus est in decimo aquarii uel geminorum gradu:& latere trianguli disset a maxima longitudine:tunc angulus quo epicyclus in uisu subtendit graduum est.47.45.proxime sic prædissem⁹.
CSit enim per maximam longitudinem diameter.A.B.C.D.E.Cuius punctum.A.sit in maxima longitudine.B.autem sit circa quod centrum excentrici ad præcedentia circūfertur.D.uero sit centrum zodiaci:& intercipiant ambo hi motus regulariter æqualiæ uelocitate a maxima longitudine ad contraria in propriis centris facti latus trianguli.& sit linea G.F.qua epicyclus circunducitur.B.I.autem qua centrum excentrici circūfertur:& sit.I.centrum excentrici.F.aurem centrum epicycli/descriptoq; circa ipsum epicyclo producatur.D.T.&D.C.lineæ tangentes epicyclum & coniungantur.C.T.&D.F.&F.T.&F.C.lineæ deducaturq; a puncto.D.ad.C.F.li neam perpendicularis.D.L.demonstrandum igitur q; angulus.T.D.C.taliū est.47.45.qualium quatuor recti sunt.360.quoniam ergo uterq; angulorum A.B.I.&A.C.L.trianguli latus subtendit:& talium est.120.qualium duo recti.180.ut uterq; etiam angulus.C.B.I.&D.G.L.earundem sit.60.sitq; angulus.B.I.G.angulo.B.G.I.æqualis propterea q; linea.B.G.lineæ.B.I.æqualis supponitur/sintq; utriq; simul reliquorum ad duos rectos.120.erit uterq; ipsorum earundem.60.quare triangulus.B.G.I.& angulorum & laterum æqualium est/est autem etiam angulus.D.G.L.æqualis angulo.B.G.I.ad rectā igitur lineam sunt puncta.I.C.F.quare linea.I.F.quæ est semidiameter excentrici talium est.60.qualium est.G.I.æqualis lineaæ.C.D.quæ intra duo cœtra partes.3.& reliqua.G.F.57.earundem.
CRursus quoniam angulus.D.C.L.taliū est.60.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sunt 360.taliū.120.erit etiam arcus chordæ.D.L.taliū.120.qualium est circulus qui D.G.L.rectangulo circumscribitur.360.Arcus uero chordæ.G.L.reliquorum.60.ad semicirculum/chordæ igitur etiam suæ.D.L.quidem talium est.3.55.qualium D.G.quæ rectum angulum subtendit.120.G.L.uero earundem.60.qualium igitur est.G.D.linea.3.&C.F.similiter.57.taliū erit.D.L.2.36.&G.L.1.30.earundem L.F.autem reliquarum.55.30.& quoniam quodab ipsa/& quod ex.D.L.fuerit: si componantur/faciunt quadratum quod fit a linea.D.F.erit etiam.D.F.55.34.Taliū per longitudinem/ qualium semidiameter epicycli hoc est utraq; linearum F.T.&F.C.supponebatur.22.30.qualium igitur est.D.F.quæ rectum angulum subtendit.120.taliū etiam erit utraq; quidem linearum.T.F.&F.C.48.35.uterq; uero angulorum.F.D.T.&F.D.C.taliū.47.46.qualium duo recti sunt.360.quare totus etiam angulus.T.D.C.47.46.taliū est qualium quatuor recti sunt 360.quod erat demonstrandum.


CDe periodicis Mercurii: motibus.

Cap.X.



VM AD HAEC sequatur:ut periodicos Mercurii motus/ad inueniendos locos eius constituamus longitudinis quidem motus hoc est quibus æqualiter circa. C. punctum epicyclus fertur/a solaribus motibus iam datos habemus:Motus autem inæqualitatis idest quibus stella in epicyclo circa centrum eius circumducitur/a duabus obseruationibus minime ambiguis cœpimus/quarum alteram nos ipsi obseruauimus/alteram a priscis accepimus.
CIpsi enim perspeximus stellam Mercurii secundo Antonini anno qui fuit annus.886.A nabonassaro epiphī fm ægyptios/die secudo sequente tertio p; astrologiū instrumentū/cū nōdū ad maximā differētiā uesptinā puenisset/p;spectuq; ad stellā:q; est i chorde leonis/cernebat.17.30.geminorū ḡdus obtinere/q; etiā a cōtrō luna p; gradū unū/sexagesimas.10.posterior erat.Erat aut̄ tps i Alexādria ante mediā nocte diei tertiae horis æqualib⁹.4.30.duodecim⁹eni gradus capricornii i medio cœ

Io secundū astrolabiū collocabat, erat enim sol in.23.gra.tauri obtinebatq; medius motus eius in illa hora (secundū demonstratas nobis suppositio-nes).21.34. Tauri gra.lunæ uero g. geminorum.12.14. in æquilitatis aut a maxi-ma epicycli longitudine gra.281.20. Ex istis igitur uerus quidē motus cen-tri lunæ in.17.10. geminorum esse colligitur/apparēs autem in.16.20. qua-re stella mercurii (quoniam lunam ipsam uno gradu, &.10.sexagesimis p-cedebat) in.17.30. geminorum gradibus erat. **C** Hoc ita supposito sit per maxi-mam & minimam longitudinem diameter.A.B.G.E.cuius.A. pun-ctum in maxima sit longitudine.B. autem sit punctum circa quod excen-trici centrum ad præcedentia circumfertur.C. uero ad quod epicycli centrū ad successionem signorum progreditur:&. D. sit centrum zodiaci. Mo-tumq; sit.F. epicycli centrum circa.C. punctum a linea.G.F.per angulum.A.G.F.circa.B. autem.I. centrum excentrici a linea.B.I. per angulum.A. B.I. qui semper propter æqualitatem motuum æqualis est angulo.A. G. F. descriptoq; circa.F. epicyclo.T.C.L.supponatur stellæ esse in.L. & con-iungantur.C. I. &. I. F. &. D. F. &. F. L. &. D. L. lineaæ & deducatur ad linea quidē.C. F. T. productæ a punctis.I. &. D. perpendicularares.I. M. &. D. N. ad lineam uero.D. L. perpendicularis.F. X. propositumq; fit inuenire arcū epicycli a punto.T. Maximæ lōgitudinis ad.L. stellæ locū in epy. **C** Qm̄ igit̄ medius sol.22.34. gradus tauri:minima uero stellæ lōgitudo decimū Arietis gradū tunc obtinebat: ut medius stellæ secundum longitudinem mot⁹ distaret a minima longitudine gradibus.42.34.erit.G.B. I. angulus talium.42.34. qualium quatuor recti sunt.360. qualium uero duo recti sunt.360. talium.85.8. uterq; autem angulorum.B. I. G. &. B. C. I. quoniam B. C. linea semper æqualis est linea.B. I. earundem.137.26. quare descripsi circa.B. C. I. triangulum circuli arcus quidem chordæ.I. C. talium est 85.8. qualium ipse circulus.360. arcus uero chordæ.B. C. 137.26. earūdem chordæ quoq; suæ.C. I. quidem talium erit.81.10. Qualium ē ipsius circu-li diameter.120.B. G. autem.111.49. earundem ergo. C. I. quoq; linea ta-lium erit.2.11. qualium est.B. C. trium. **C** Rursus quoniam.B. G. I. angu-lus talium est.137.26. qualium duo recti sunt.360. angulus uero.B. C. M. 85.8. earundem erit etiam angulus.I. C. M. reliquarum.52.18. quare arcus quidem chordæ.I. M. Talium est.52.18. qualium est circulus qui.C. I. M. re-tangulo circumscribitur.360. arcus uero chordæ.G. M. reliquarum ad se-micirculum.127.42. chordæ igitur etiam suæ.I. M. quidem talium est.52. 53. qualium est.C. I. quæ rectum angulum subtendit.120.G. M. uero.107. 43. earundem: Quare qualium est.I. G. linea.2.11. &. I. F. semidiometer deferentis epicyclum.60. talium etiam est.I. M. o. 58. &. G. M. i. 58. In circo etiam linea.M. F. quæ indifferente aliquo est minor q. I. F. earundem erit.60. & reliqua.G. F. linea 58.2. similiter quoniam.D. C. N. angulus talium est.85.8. qualium duo recti sunt 360. erit etiam arcus chordæ.D. N. talium.85.8. qualium est circulus qui.C. D. N. rectangulo circumscribitur.360. arcus uero chordæ.G. N. reliquarum ad semi-circu-lum.94.52. chordæ igitur etiam suæ.D. N. quidem talium erit.81.10. qualium est C. D. quæ rectus angulus subtendit.120.G. I. uero.88.23. earundem qualium igi-tur est.G. D. quidem.3. &. G. F. 58.2. demonstrata talium erit.D. N. 2.2. &. C. N. 2.13. &. N. F. 55.49. reliquarū & propterea.D. F. quoq; q̄ rectus angulus subtendit talium 55.51. proxime qualiu est epicycli etiā semidiometer.22.30. qualiu ergo est.D. F. linea quæ rectus angulus subtendit.120. talium etiā erit.D. N. chorda.4.22. & arcus suus ta-lium.4.11. qualiu est circulus qui.D. F. N. rectangulo circuſcribit.360. quare angulus quoq; D. F. N. talium est.4.11. qualiu duo recti sunt.360. Totus uero angulus.E. D. F. 89.19. est autē ad hæc angulus quoq; totus.E. D. L. 135. earundem propterea q̄ stella tunc.67.30. distare a maxima longitudine apparebat/angulus uero.F. D. L. reliqua rū partium.45.41. quare arcus quoq; chordæ.F. X. talium est.45.41. qualium est cir-culus qui.D. F. X. rectangulo circuſcribitur.360. ipsa uero linea.F. X. talium.46.35. qualium est.D. F. Quæ rectum angulum subtendit.120. qualium ergo est.D. F. linea




LIBER IX

55.51. & F.L.semidiometer epicycli. 22.30. talium. F.X.erit. 21.41. qualium uero. ¶ L.qua rectus angulus subtenditur est. 120. talium rursus. F.X.erit. 115.39. quare arcus etiā chordæ. F.X.taliū est. 149.2. qualium est circulus qui rectangulo. F.L.X.circun scribitur. 360. & angulus. F.L.X.taliū. 149.2. qualium duo recti sunt. 360. demon stratus autē est etiā angulus. F.D.L.45.41. & angulus. T.F.C.4.11. Quare totus. T. F.L.taliū quidem est. 198.54. qualiū duo recti sunt. 360. Qualium uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 99.27. quare arcus epicycli. T.C.L. quo in obseruatione mercu rii stella distabat a puncto. T. maximæ longitudinis graduum est. 99.27. ¶ Rursus 21. anno secundū Dionisium quod tempus est annus. 484. a Nabonassaro scorpio/ nis die. 22. secundū ægyptios thot. 18. sequente. 19. Mercurius matutinus distabat a li/ nea quæ est per borealem frontē scorpii: & per medium ad præcedentia lunā unam ad septentrionem uero distabat a fronte boreali per duas lunas sed media stellarum quæ sunt in fronte scorpii (secundum nostra principia) obtinebat tunc gradus scor pionis. 1.40. quantū etiam est australiora circulo per medium signorum borealisfi ma uero erat in gradibus scorpii. 2.20. & est borealior q̄ circulus per medium gra dus. 1.20. proxime patet autem q̄ nondum in maximam distantiam matutinam peruerenerat propterea q̄ post quatuor dies. 26. mensis scorpionis distabat (ut consci bitur) ab eadem linea ad successionem unam integre lunam, & dimidiā maior igitur est facta distantia: Cum sol quatuor proxime gradibus motus sit: & stella per unam lunam & dimidiā obtinebat autem medius sol die. 19. thot in mane secun dum nos. 20.50. gradus scorpii maxima uero stellæ longitudine sextum libræ gra duū anni enim fere. 400. q̄ fuerunt inter duas obseruationes quatuor proxime gra duū maximæ longitudinis motum faciunt. ¶ His ita suppositis describatur figura

superiori similis sic tamen ut propter motuū distilitudinem & anguli q̄ sunt ad. A. maximam longitudinem acuti describantur: & lineaē quib⁹ stel lae coniunguntur sint ad epicycli præcedentia: & perp̄icularis. F.X. supra F.L.epicycli semidiometru: quoniā igitur mediū stellæ motus. 44.50. gra dibus distabat a maxima longitudine erit profecto. A.B.I.angulus talium 44.50. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. ta lium. 89.40. Reliquis igitur. G.B.I.erit etiam. 270.20. uterq; autem an gulum. B.G.I. & B.I.G. 44.50. earundem qua propter chordæ quoq; suæ. G.I. quidem talium erit. 84.36. qualium est diameter circuli. B.G.N. triangulo descripti. 120. utraq; uero linearum. B.C.&B.I.45.46. earundem qualium igitur utraq; linearum. B.G.&B.I. trium talium. C.I. erit 5.33. ¶ Rursus quoniā angulus. A.G.F. talium esse suppositus est. 89.40. qualium duo recti sunt. 360. & B.G.I. 44.50. similiter totus autem F.G.I. 134.30. colligitur erit profecto arcus chordæ. I.M. talium. 134.30. qualium est circulus qui rectangulo. G.I.M. circunscribitur. 360. arcus ue ro chordæ. G.M. reliquarum ad semicirculum. 45.30. chordæ igitur etiā suæ. I.M. quidem erit talium. 110.40. qualium est. G.I. qua rectus angu lus subtenditur. 120. G.M. autem. 46.24. earundem: Qualium igitur est. G.I. linea. 5.33. hoc est. F.N. semidiometer excentrici. 60. talium etiam. I.M. erit. 5.7. & G.M. 2.10. Iccirco etiam. F.M. colligitur. 59.47. earundem per longitudinem tota autem linea. F.M.G. 61.57. similiter quoniā angu lus quoq; D.G.N. talium est. 89.40. qualium duo recti sunt. 360. erit etiā arcus chordæ. D.N. talium. 89.40. qualium est circulus qui. G.D.N. recta gulo circunscribit. 360. arcus autem chordæ. G.N. reliquorum ad semicir culum graduum. 90.20. chordæ igitur quoq; suæ. D.N. quidem talium est 84.36. qualium. G.D. qua rectus angulus subtenditur. 120. G.N. autem. 85.10. earundem qualiū ergo est. G.D. linea. 3. talium est. D.N. 2.7. & G.N. 2.8. & F.G.N. tota. 64.5. Iccirco etiam. F.D. qua rectum angulum subten dit. 64.5. quare qualiū est. F.D. linea. 120. talium erit. D.N. 3.58. & arcus eius talium. 3.48. qualium est circulus qui. F.D.N. rectangulo circunscri bitur. 360. & erit angulus. F.D.N. 176.12. Angulus etiam. D.F.N. talium est. 3.48. qualiū duo recti sunt. 360. & reliquus. A.D.F. 85.52. earundem. Sed angulus quoq;

Secundū Dionisium
Scorpionis mense.

Luna unā i. secundū unius
Diametri lunaris quātitatē



A.D.L.54.40.earundem esse suppositus est/propterea q̄ stella in obseruatione.27.
20.gradibus a maxima longitudine distabat.Vt reliquus eē angulus.F.D.L.31.12.
talium reliquarum qualium duo recti sunt.360.quare arcus etiam chordæ.F.X.ta
lium est.31.12.qualium est circulus qui.F.D.X.rectangulo circumscribitur.360.ipſa
uero linea.F.X.talium.32.16.qualium est.D.F.qua rectus angulus subtenditur.120.
qualium igitur est.D.F.linea.64.7.hoc est.F.L.epicycli semidiameter.22.30.Ta
lium.X.F.linea erit.17.15.3.qualium uero.F.L.Qua rectus angulus subtenditur.120.
erit ipſa.F.X.92.partes proxime/arcus igitur etiam chordæ.F.X.talium est.100.& se
xagesimarum.8.qualium est circulus qui.F.L.X.rectangulo circumscribitur.360.
Qui autem est sub.F.L.X.angulus talium est.108.qualium duo recti.360.Sed an
gulus etiam.F.D.L.31.12.earundem demonstratus est.&.T.F.C.3.48.similiter:qua
re.C.F.L quoq̄ reliquus talium quidem est.65.8.qualium duo recti sunt.360.qua
lium uero quatuor recti sunt.360.talium.32.34.¶ Distabat ergo etiam secundum
hanc obseruationem mercurius ex.C.quidem minima epicycli longitudine gradi
bus.32.34.Ex maxima uero longitudine gradibus.212.34.demonstratus autem est
distare a maxima similiter epicycli in tempore nřa obseruationis gra.99.27.& fuit
tempus inter duas obseruationes ægyptiacorum annorum.402.& dierum.283.&
horarum.13.30.proxime/quod quidem tempus integras inæqualitatis restitutio
nes stellæ huius.12.68.continet nam cum.20.ægyptiaci anni.63.proxime contineat
restitutions/colliguntur in annis quadringentis.1260.reliqui autem duo anni si
mul cum dierum numero alias octo integras continent/quare perspicuum nobis
factum est q̄ in annis ægyptiacis.402.& diebus.283.& horis.13.30.Mercurii stella
ad integras.12.68.restitutions:&.24.6.53.gradus adidit.Quot gradibus obserua
tio nostra priscam excedebat to{idem autem ferme post integros circulos per tabu
las nobis expositas gradus colliguntur/ab his enim ipsis periodicos mercurii mo
tus emendauiimus dato tempore in dies resoluto/inæqualitatis uero circulis in
gradus gradibus & additis qui post integros circulos superfuerant: Multitudine
namq̄ graduum per multitudinem dierum diuina/diurnus inæqualitatis mercurii
motus ille colligitur.Qui nobis expositus est.

¶ De locis periodicorum motuum Mercurii.

Cap.XI.



TICITVR sicut in sole ac luna/sit etiam i quinq̄ planetis locos ipso
rū ad primum Nabonassari annum thot/secundum ægyptios/die primo
in meridie constituamus:cæpimus tempus ab anno illo ad antiquiorē
& propinquiorem obseruationem id est annorum ægyptiorū.483.die
rum.17.& horarum.18.20.proxime colligitur/cui tempori post integros circulos in
medio inæqualitatis motu ascribūtur grad.190.39.quos si subtraxerimus a gradib⁹
maximæ longitudinis.212.34.quos in tempore obseruationis inuenimus:habebimus
In primo Nabonassari anno thot/secundum ægyptios die prima in meridie/iæquali
tatis quidēa maxima epicycli longitudine gradus.21.55.longitudinis uero(sicut in
sole) pisces.0.45.maximam uero excētricitatis longitudinē in.1.10.gra.libræ cē
tesima enim pars propositorum annorū partiū est.4.50.proxime quibus.1.10.exce
dūtur ab obseruationis gradibus libræ sex.

¶.I.10.2.

INCIPIT LIBER .X. MAGNAE COMPOSITIONIS PTOLEMAEL.

¶ Demonstratio maximæ longitudinis stellæ Veneris.♀.

Cap.I.



ED MERCURII quidē suppositiones inæq̄litatūq̄ magnitudi
nes:& periodicorū motuū quātitates/lociq̄ ei⁹ hoc modo a nobis
capti sūt/in Veneris aut̄ stella primū rursus q̄siuim⁹ i q̄ pte circuli p
mediū signorū maxia & mīma excētricitatis lōgitudo iūēiref p æq̄
les ad eadē pte maximas distatiās:quā qdē ad rē pscas obſuatiōes
nō potuim⁹ exq̄sitas hēre:Sed ab obſuatiōnib⁹ nři t̄pis hæc nobis

Theon Mathematicus inuestigata sunt. Inuenimus enim conscriptam obseruationem in his quas Theon Mathematicus nobis dedit in .16. anno Adriani pharmorbi secundum ægyptios die .21. sequente .22. quando inquit uespertina uenus plurimum distabat a sole mediaq; uergiliarum præcedebat per ipsarum uergiliarum longitudinem uidebatur autem paulo australior q; ipsæ sint quonia i. igitur uergiliarum media tunc secundum nostrum principia tres gradus tauri obtinebat estq; longitudine ipsarum gradus unius .30. q; proxime sexagesimarum patet quia stella ueneris unus gradus trigesitaq; sexagesimas tauri tunc obtinebat: quare quoniā medius sol in .14. .15. gradibus piscium erat uespertina maxima a medio motu distantia .47. .15. graduum fuit.

Anno .4. Antonini.

* 18 15 II
♀ 18 30 II
○ 5 45 II

* 28 55 ♀
♀ 0 20 mp
○ 17 52 II
♀ 47 32 Dis. a ○

Nos quoq; obseruauimus anno antonini .4. Thoth secundum ægyptios die .xi. sequente .12. stellam ueneris matutinā maxime distare a sole: & aberat a medio geminorum genu ad septentrionem atq; orientem per medianam lunam: erat autem stella fixa tunc secundum nos in gradibus geminorum .18. .15. itaq;. ♀. stella in .18. .30. gradibus proxime fuit: Quare matutina quoq; maxima distantia .47. .15. graduum fuit.

Quoniam igitur in priore obseruatione medius motus erat in .14. .15. gradibus piscium. In posteriore in .5. .45. gra. Leonis: & punctum circuli per medium quod inter hos gradus est. In .15. gradus Tauri atq; scorponis inuenitur: ad hæc puncta diameter quæ per maximam & minimam longitudinem est certe perueniet.

Similiter in obseruationibus Theonis inuenimus q; in .2. anno Adriani aethir secundum ægyptios die .21. sequente .22. distabat stella ueneris matutina plurimum a sole distabatq; a stella quæ est in summitate australis alia uirginis per longitudinem uergiliarum uel tanto minus quanto est magnitudo sua. Videbaturq; borealior per lunam unam: quoniam igitur stella fixa .28. .55. gradus leonis tunc secundum nos obtinebat: Ut stella ueneris .20. proxime unius gradus sexagesimas uirginis obtineret: & medius sol librae .17. .52. Maxima distantia matutina a medio motu graduum fuit .47. .32.

Nos autem .21. anno Adriani mechir (secundum ægyptios) nono sequente .10. uesperi obseruauimus stellam ueneris maxime distare a sole præcedebatq; borealisima eam quæ in quadrilatera sunt figura post succedentem quæ ad reclam lineam est: cum stellis quæ sunt in genibus aquarii duabus lunæ plenæ partibus. Videbaturq; splendore suo stellam obtegere: quoniam igitur rursus stella .20. gradus Aquarii tunc secundum nos obtinebat stellaque propterea ueneris in .19. .36. gradibus eiusdem erat. Medius autem sol in capricorni gradibus .2. .4. facta fuit etiam hic maxima uespertina a medio motu distantia graduum .47. .32. sunt autem puncta circuli per medium inter hos gradus .17. .52. librae secundum primam obseruationem: & .2. .4. capricorni secundum alteram. In .25. gradu proxime rursus tauri atq; scorponis.

C De æpicycli ueneris magnitudine.

Cap. II.

De magnitudine epy. ♀



VOD igitur nostris temporibus maxima & minima excentricitatis longitudine in .25. gra. tauri & scorponis sit per hoc nobis perceptum est. Sed quesumus rursus cōsequēter maximas distârias quæ sunt cum sol medius in .25. gra. tauri & in .25. scorponis circiter sit.

In obseruationib; igitur quas Theon nobis tradidit inuenimus q; in .13. anno Adriani secundum ægyptios epiphie die 2^a sequente tertia. Stellam ueneris matutina plurimum distabat a sole præcedens lineam quæ est per antecedentem de tribus quæ sunt in capite Arietis: & per eā quæ ē in posteriore crure per gradū unū & sexagesimas .24. faciebatq; distâiam ad præcedentem eam quæ sunt in capite duplam ad illam quæ fuit ad famam quæ est in crure obtinebat autem hanc præcedens quidem de tribus quæ sunt in capite Arietis gradus .6. .36. & est borealior circulo per medium gradibus .7. .20.

Stella uero quæ est in posteriore arietis crure grad. .9. .45. & est australior circulo per medium gradibus .5. .15.

Veneris ergo stella .10. gradus .& .36. sexagesimas Arietis obtinebat & erat australior circulo per medium grad. .1. .30.

Quoniam igitur medius etiam sol tunc obtinebat grad. Tauri .25. .24. colligitur maxima a medio motu distantia grad. .44. .48.

Nos etiam obseruauimus .21. anno Adriani Tybi secundum ægyptios die secunda sequente .3. uesperi stellā ueneris primū a sole


Absit. ♀ .25. 8
Tempore Ptolæmæi.

distantē. Quæ ad eas perspecta fixas quæ sunt in cornibus capricorni obtinere cernē batur gradus Capricorni. 11.50. eratq; medius sol tunc in gra. scorpionis. 25.30. ut hic maxima a medio motu distantia colligatur gradum. 47.20. perspicuumq; factū sit q; maxima longitudo in. 25. grad. Tauri est: & minima in. 25. scorpionis. Hinc eti/ am nobis patuit q; stabilis est ad sensum excentricus qui epicyclum ueneris desert propter quod in nullo circulo per medium ambæ utrinq; a medio motu distantiaz minores inueniantur ambabus quæ in TAUro fiunt. Sed nec maiores alicubi ambabus quæ fiunt in scorpiōne. His ita suppositis: sit circulus excentricus. A. B. C. in quo semper ueneris epicyclus circumfertur eiusq; diameter sit. A. C. in qua excentri/ ci quidē centrum sit. D. zodiaci uero sit. E. punctum uero. A. sit sub ipso gradu Tau ri. 25. describāturq; In. A. & in. G. punctis æquales epicycli in quibus. F. & I. protra/ ditq; tangentibus. E. F. & E. I. lineis: coniungantur lineæ. A. F. & G. I. quoniam igi tur angulus. A. E. F. qui est in centro zodiaci subtendit maximam distantiam stellæ quæ in maxima longitudine inuenitur: quæq; gradum est. 44.48. erit perfecto ip/ se talium. 44.48. qualium quatuor recti sunt. 360. Qualium uero duo recti sunt 360. Talium. 89.36. quare arcus etiam chordæ. A. F. Talium erit. 89.36. qualium est circulus qui. E. A. F. rectangulo circumscribit. 360. chorda uero eius. A. F. talium. 84. 33. proxime qualium est. A. F. quæ rectum angulum subtendit. 120. similiter quoniam angulus. G. E. I. subtendit maximam distantiam quæ est in minima longitudine quiq; gradum esse supponit. 47.20. erit perfecto ipse talium. 47.20. qualium qua tuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 44.40. qualiu est cir/ culus qui. C. E. I. rectangulo circumscribitur. 360. ipsa uero chorda. G. I. talium. 88.13. proxime qualium est. E. C. quæ rectum angulum subtendit. 120. qualium est igitur G. I. hoc est. A. F. epicycli semidiameter. 84.33. & A. E. linea. 120. talium erit. E. G. 115.1. tota uero. A. G. 25.1. Medietas autem eius. A. D. 117.30. proxime quare qualiu est. A. D. semidiameter excentrici. 60. talium erit. D. E. quæ est inter centra. 1.15. pro/ xime. A. F. autem semidiameter epicycli. 43.10.


¶ De proportionibus excentricitatis stellæ ueneris.

Ca. III.

GERVM quoniam non patet utrum ad. D. punctum æqualis epicycli motus efficiatur; duas etiam hic cepimus maximas distantias ad cōtra/ ria quom medius solis motus quartam utrinq; partem a maxima longi/ tudine distaret. Quarū alterā obseruauimus i anno. 18. Adriani phar/ mothi secundū ægyptios die. 1. sequente. 3. quādō stella ueneris matutina plurimū distabat a sole; perspectaq; ad fixam quæ uocatur Antares obtinebat gradus capricor/ ni. 11.55. medius uero sol erat in gra. 25.30. aquarii: ut maxima a medio motu matu/ tina distantia fuerit gra. 43.35. Alteram autem tertio antonini obseruauimus an/ no pharmothi (fm. ægyptios) die quarta/ sequente quinta quādō ueneris stella pluri/ sum distabat a sole perspectaq; ad fulgēte succularū obtinebat. 13.50. gradus arie/ tis/ erat autē medius sol in gradibus aquarii rursus. 25.30. itaq; uestina a medio mo/ tu distantia maxima graduum fuit. 48.20. His suppositis: super maximā et mini/ mam longitudinem excentricitatis diameter. A. B. C. sitq; A. punctū sub ipso. 25. gra/ du tauri. B. uero sit centrū zodiaci: propositūq; sit: id centrū inuenire: ad quod æqua/ lē epicycli motū fieri asserimus: sitq; punctū. D. & protrahatur ab ipso. D. E. perpēdi/ cularis ad. A. G. ut medius epicycli motus quartam partem a maxima longitudine disset. Sicut etiam in obseruationibus: capiaturq; in ipsa (secundū expositas obserua/ tiones). E. centrū epicycli circa quod descripto. F. I. epicyclo protrahant a punto. B. tangens ipsum. B. F. & B. I. lineæ: & coniungant lineæ. B. E. &. E. F. & E. I. quoniam igitur (secundum expositum medium motum) matutina quidem maxima a medio motu distantia graduum erat. 43.35. Vespertina uero. 48.20. erit totus. F. B. I. angu/ lus talium. 91.55. qualium quatuor recti sunt. 360. Medietas ergo eius hoc est angu/ lus. F. B. E. talium est. 91.55. qualium duo recti sunt. 360. quare arcus chordæ. E. F. ta/ lium est. 91.55. qualium est circulus qui rectangulo. B. E. F. circumscribitur. 360. ipsa uero linea. E. F. talium. 86.16. qualium est. B. E. qua rectus angulus subtendit. 120.



Adriani. 18. Anno.





LIBER

qualium igitur est. E.F. semidiameter epicycli. 43.10. taliū erit. B.E. 60.3. ¶ Rursus quoniam ppositarum maximarū distantiarū excessus. 4.45. bis continet differentiam quæ tunc penes zodiaci erat inæqualitatem/ quæ ab angulo. B.E.D. continet erit pfecto ipse. B.E.D. angulus taliū. 2.22.30. qualiu quatuor recti sunt. 360. Qualiu uero duo recti sunt. 360. talium. 4.45. quare arcus linea. B.D. talium erit. 4.45. qualium est circulus: qui rectangulo. B.E.D. circumscribitur. 360. Ipsa uero linea. B.D. taliū 4.59. proxime qualium est. B.E. qua rectus angulus subtenditur. 120. qualium est ergo. B.F. linea. 60. sexagesimaruq; triū & semidiameter epicycli. 43.10. taliū etiā. B.D. erit. 2.30. proxime. ¶ Demonstrata est autem linea etiam quæ est inter centra zodiaci & excentrici in quo semper centrum epicycli est. 1.15. earundē medietas ergo ē linea. B.D. si ergo in duo æqualia. B.D. linea in puncto. T. diuidamus: demonstratum habebimus qualium est. T.A. semidiameter deferentis epicyclum excentrici. 60. talium etiam utrancq; B.T. & T.D. quæ sunt inter centra. 1.15. semidiameter uero epicycli. E.F. 43.10. quæ erat nobis demonstranda.


¶ De emendatione periodicorum ueneris motuum.


Cap. IIII.

 ED MODVS quidē suppositionis proportionesq; inæqualitatū hoc modo nobis captae sunt. ¶ Rursus autē propter periodicos stellā motus locosq; ipsorum/duas non ambiguas cāpimus obseruationes. Alteram de nostris/alterā de priscis. ¶ Obseruauimus enī nos secūdo anno Antonini tybi (secundū ægyptios). 29. sequēte. 30. per astrolabiū/stellā ueneris ad fixam quæ uocat̄ spica post matutinā maximā distantiam/perspiciebaturq; obtinere. 1.30. gradus scorpioni. erat etiā tunc inter borealissimam fixararum quæ sunt in fronte scorpioni: & centrum lunæ apparenſ eratq; ad rectā/cum istis linea præcedebatq; ipsa lunæ centrū per sesqualteram proportionē spatii/quo borealissima in scorpioni fronte ipsam præcedebat/eratautē fixa secūdum nostra principia in gradibus scorpionis. 6.20. borealior circulo per mediū gradus. 1.20. tēpus erat post medium noctem horis æqualibus. 4.45. nā cū sol 1.23. gradu sagittarii effet erat/secundū astrolabiū in međio cælo. 2. gra. uirginis/quo quidem in tempore sol. 22.9. sagittarii gra. medio motu obtinebat/luna uero. 11.24. scorpionis/inæqlitatis autē a maxima longitudine gra/ gradus. 87.30. & latitudinis a boreali termino. 12.22. centrū itaq; ipsius. 5.45. scorpionis gradus exaēte obtinebat: & borealius circulo per medium erat gra. 5. pspiciebat aut̄ in alexandria per longitudinem quidē. 6.45. scorpionis gradus obtinere/borealius uero esse circulo per medium gradus. 4.40. erat igit̄ etiam propter hæc stella uen̄is in. 6.30. gradibus scorpioni/eratq; borealior circulo per mediū gradib. 2.40. ¶ His suppositis sit. A.B.C.D.E. diameter per maximam longitudinem: & A. quidē sit sub ipso gradu Tauri. 25. B. uero sit centrū ad quod epicyclus æqualiter mouetur. C. autē sit centrū excentrici in quo centrū epicycli defertur: & D. sit centrū zodiaci: quoniam igitur mediū sol in obseruatione obtinebat sagittarii gradus. 22.9. sic mediū etiam epicycli motus distabat a minimæ longitudinis puncto ad successionē gradibus. 27. 9. supponat̄ centrū eius esse in. F. descriptoq; circa ipsum epicyclo. I. T. C. coniūgan tur linea. D. F. I. & C. F. & B. F. T. deindea punctis. G. & D. ad linea. B. F. ppendiculares. C. L. & D. M. producantur/stellaq; ipsa supposita in. C. & F. C. linea & deducantur ad linea. D. C. perp̄icularis. F. N. propositūq; sit inuenire arcum. T. C. quo stella a puncto. T. hoc est a maxima epicycli longitudine distabat: quoniam ergo angulus. E. B. F. taliū est. 27.9. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 54.18. erit etiam arcus linea. C. L. talium. 54.18. qualium est circulus qui. B. C. L. rectangulo circūscribitur. 360. Arcus uero linea. B. L. reliquarū ad semicirculum. 125.42. chorda igit̄ etiam suæ. C. L. quidem talium erat. 54.46. Qualium est. B. C. qua rectus angulus subtenditur. 120. B. L. autem. 106. 47. earum/ demū



dem. Qualium igitur est. B.C.linea.15.& G.F.semidiometer excentrici.60.taliū
G.L.quidem.0.34.B.L.autem.1.7.& quoniam si quadratum lineæ.C.L.subtrahā
tura quadrato lineæ.C.F.relinquitur quadratum lineæ.F.L.erit etiam ipsa.F.L.60.
proxime earūdem.Fst autem etiam linea.M.L.æqualis lineæ.L.B.linea uero.D.M
dupla ad lineā.G.L.Propterea q.G.B.quoq; linea æqualis ēlineæ.G.D.erit igitur
etiam.F.M.reliquarum.58.53.D.M.autem.1.8.earūdem.Qua propter ēt.F.Dqua
rectus angulus subtendit.58.54.proxime qualium igitur est.F.D.linea.120.taliū eti
am.D.M.erit.2.18.& arcus suus talium.2.12.qualium est circulus qui triāgulo.D.F.
M.circūscribitur.360.Qware angulus etiā.B.F.D.taliū erit.2.12.qualium duo re
cti sunt.360.quare totus angulus.E.D.F.erit.56.30.earundem.Est autem angu
lus quoq;.C.D.E.taliū.18.30.qualium quatuor recti sunt.360.Totidem enim gra
dibus stella (fm obseruationē) est minimæ lōgitudinis pūctū hoc.25.Scorpionis gra
dum p̄cedebat.Qualium uero duo recti sunt.360.taliū.37. Quare totus etan
gulus.E.D.F.taliū est.93.30.qualium duo recti sunt.360.Arcus uero lineæ.F.N.
taliū.93.30.Qualium est circulus qui rectāgulo.D.F.N.circūscribitur.360.chor
da igitur etiā.F.N.taliū est.87.25.qualium est.F.D.linea.120.qualiū uero.58.54.
idest qualium est.F.D.semidiometer epicycli.42.10.taliū.42.54.ita qualium est
F.C.Qua rectus angulus subtendit.120.taliū etiam.F.N.erit.119.18.& arcus su
us taliū.167.38.qualium est circulus qui rectangulo.F.C.N.circūscribitur.360.qua
re angulus quoq;.F.C.D.taliū est.167.38.qualium.F.D.C.angulus supponitur
93.30.Angulus uero.C.F.I.totus.261.8.Sed angulus quoq;.B.F.D.idest angulus
I.F.T.demonstratus est earūdem esse.2.12.Reliqus igitur etiam Angulus.T.F.C.
taliū erit.258.56.qualiū duo recti sunt.360.qualiū uero quatuor recti sunt.360.taliū
129.28.quare stella Veneris in prop̄sito tépore distabat a puncto.T.maximæ lōgitu
dinis epicycli ad p̄cedentia quidē gradibus dictis.129.28.ad successionē uero fm mo
tu q ad suppositionē seq̄tur reliqs ad circulū unū.230.32.quod nobis erat iueniēdū.
C De pr̄scis aut̄ obseruationibus illā c̄xpimus quā Timocharis sic conscribit.Ter
tiodecimo anno cū dimidio Philadelphi/ait messori fm ægyptios die.17.sequente
18.hora.12.Veneris stella cernebat exacte obscurasse oppositū pr̄uidematrici/quæ
fixa/fm nos est post illam quæ est in extremitate Australis Alæ Virginis.Hæc erat in
primo anno Antonini in gradibus Virginis.8.15.Qnoniam igitur annus obseruatio
nis erat.476.a Nabonassaro & usq; ad imperium Antonini.884.Vt annis.408.qui
fuerunt interea.4.5.proxime gradus fm fixarum sphæræ & maximarū longitudinū
motum congruant/perspicuum est quia stella Veneris.4.10.gradus Virginis tūc ob
tinebat.Minima uero excentrici longitudo Scorpionis gradus.20.55.Fuit autem eti
am hic Veneris stella ultra maximam distatiā matutinā progressa/diebus enim
quatuor post obseruationem.21.messori sequente.22.(fm uerba Timocharidis) ob
tinebat.**C** Secūdū principia nostra gradus Virginis.8.50.Medium uero solis motus.
In priore quidem obseruatione.17.20.gradus Libræ obtinebat.In posteriore autem
Libræ.20.59.quare distantia primæ obseruationis.42.53.graduum colligitur secun
dæ uero.42.9.**C** His datis/fimilis rursus proponatur descriptio quæ tantum ad
p̄cedentia minimæ longitudinis habebat epicyclum.Propterea q medius epicycli
motus.17.20.libræ gradus obtinebat/& minima longitudo erat in gradibus Scorp
ionis.20.55.Qnoniam iccirco angulus.E.B.F.taliū est.33.52.qualium quatuor re
cti sunt.360.& qualium duo recti sunt.360.taliū.67.44.Erit profecto etiā arcus li
neæ.G.L.taliū.67.44.qualium est circulus qui rectangulo.B.G.L.circūscribitur
360.Arcus uero lineæ.B.L.112.16.reliquo ad semicirculū.Chordæ igit' etiā suæ.G.
L.qdē taliū.66.52.qualium ē.B.C.qua rectus angulus subtendit.120.B.L.uero.99.
Qualiū igitur est.B.C.linea.1.15.& G.F.semidiometer excentrici.60.taliū
38.earūdē.Qualiū igitur est.B.C.linea.1.15.& G.F.semidiometer excentrici.60.taliū
erit.G.L.0.42.8.B.L.1.1.8& qm̄ si a qdrato lineæ.G.F.subtrahatur quadratū lineæ
C.L.relinquitur quadratū lineæ.F.L.Erit etiā ipsa per longitudinē.60.proxime earū
dē.Estaute pp̄ter eadē.B.L.linea.L.M.lineæ æqlis & D.M.Linea ad lineā.G.L.du
pla.Erit ergo reliqua etiā.F.M.58.58.linea uero.D.M.1.24.earūdē pp̄ter hoc etiā.F.
D.qua rectus angulus subtendit erit.58.59.proxime:quare qualiū est.F.D.120.taliū
um quoq; erit chorda.D.M.2.51.& arcus eius taliū.2.44.qualiū est circulus qui re
Almagest.



**C** De locis periodicorum motuum stellæ Veneris.

Cap. V.

Anni	Dies	Hore
475	346	18

ER V M quū reliquū hic ēt sit locos periodicorum motuum i prima Nabonassari Anno in meridi diei primæ Thot fm ægyptios cōstituere/tem- pus rursū cæpimus quod fuit inter dictam & antiquissimā observationū quod colligit. 475. ægyptiacos annos & dierū. 346. 45. pxime / cui ter- poris fm inæqualitatis tabulas (post integros circulos) mediis motus gradus adiacet 181. pxime / quos si subtraxerimus a gradibus obseruationis. 252. 7. habebimus locum inæqualitatis a maxima epicycli lōgitudine graduum. 71. 7. in primo Nabonassari Anno i meridiæ diei primæ Thoth mēsis fm ægyptios. Medius aut lōgitudinis mo- tus / idē Veneris etiā & solis esse supponit; obtinet enī gradū pisciū. 0. 45. Patet etiā cū maxima lōgitudo in tempore obseruationis in. 20. 55. gradibus. Tauri fuerit / cōgru- antq; 476. annis / q proxime interfuerat gradus. 4. 45. q; in tempore proposito in quo locos & quasi radices constituimus / in eiusdē signi gradibus. 16. 10. fuerat.


C Hæc præmittatur ad ea quæ de reliquis Planetis demonstrantur. Cap. VI.


ND V A B V S igitur Veneris & Mercurii stellis huiusmodi ratione ac uia usi sumus / tu ad suppositiones tū ad inæqualitatū demōstrationes inueniēdas. In reliquis aut tribus. Martis. Iouis. Saturni q; stellis rationē motus eadē inuenimus quā de ueneris stella p̄cepimus / hoc secūdū quā circulus excentricus in quo semp fert centru epicycli describit cētro illo pūcto quod

æqualiter diuidit lineam quæ est inter duo centra. Zodiaci dico & eius quod epicycli circunductionem æqualem facit. In singulis enim etiam istorum secundum uniuersalem considerationem excentricitatis quæ constituitur ex magnitudine regres suum qui fiunt in maximis & minimis centri epicycli longitudinibus. Quæq; per maximam inæqualitatis zodiaci differentiam inuenitur: dupla proxime esse percipitur. Sed demonstrationes quibus utriusq; inæqualitatis magnitudines & maximas longitudines constituimus: cum non possint ut in illis duabus ita in his etiam adhiberi: propterea q; omnem a sole distantiam possunt istæ distare: ac ideo non possit perspicuum ab observationibus fieri sicut in maximis a medio motu Mercurii versus distantiis. Quando stella in contactu reperitur, perductæ a uisu nostro lineæ ad epicyclum ipsamq; tangentes, cum igitur hoc non procedat: usi sumus diametra libus ipsarum oppositionibus ad medium solis motum obseruatis. Vnde primum excentricitatis proportiones & Maximas longitudines demonstramus. In motibus enim solummodo (qui hoc pacto considerantur) Inæqualitatem zodiaci separata seorsum per seipsum inuenimus: cum nulla tunc (penes inæqualitatem) ad solem differentia fiat. ¶ Sit enim excentricus stellæ circulus. A.B.C. in quo centrum epicycli defertur. Cuius centrum D. & diameter (quæ per maximam longitudinem est.) Sit. A. C. In qua. E. quidem punctum/zodiaci centrum sit. F. autem centrum excentrici ad quem medius epicycli secundum longitudinem morus consideratur / de scriptoq; (circa. B. centrum) I. T. C. L. Epicyclo: coniungantur. F. L. B. T. & I. B. C. E. M. lineæ/dico igitur q; quando stella (Secundum. E. C. I. lineam quæ est per. B. centrum epicycli) cœmitur. Semper etiam medius solis motus in eadem linea erit. Cūq; stella fuerit in. I. tunc medio motui solis coniungitur. Quoniam & ipsæ ad punctū I. perspicitur: cum uero fuerit in. C. diametraliter sibi opponetur: quoniam ad punctum. M. perspiciebatur. Nam quoniam in singulis stellis istis Mediae longitudinis inæqualitatib; distantiaz simul captæ medium solis motum (qui ab initio fuit) efficitur: estq; aguli q; ē i. F. cetro qui æqualē longitudinis stellæ motū continet: & anguli q; ē in. E. q; apparentē cōtinet excessum semper angulus qui fit in. B. qui cōtinet æqualem stellæ motum qui fit in epicyclo: patet quia quando stella est in. I. punto deficiet a restituione quæ est in punto maximæ longitudinis. T. per angulum. I. B. T. qui subtractus ab angulo. A. F. B. facit angulum. A. E. I. Qui continetur a medio motu solis: & idem est angulo apparentis stellæ. Quando uero in. C. punto est: tunc mota erit rursus in epicyclo per angulum. T. B. C. Qui compositus cum angulo. A. E. C. faciet medium solis motum a punto. A. Maximæ longitudinis is motus semicirculum continet: & amplius. A. F. B. angulum deficiente angulo. L. B. C. hoc est angulum. G. E. M. Iccirco in talibus quidem aspectibus: tum linea quæ a centro epicycli. B. ad stellam protrahitur: tum linea quæ a punto. E. hoc est a uisu nostro ad medium solis motum educitur. In unam & eandem utræq; lineam coincidunt. ¶ In ceteris autem omnibus distantias quāuis differentes faciant declinationes: semper tamen æquidistantes inter se sunt: nam si in quo uis situ in posita descriptione lineam rectam a centro. B. ad stellam protraxerimus: ut lineam. B. N. a cetro autem. E. ad medium solis motum lineam. E. X. erit propter predicta. Angulus. A. E. X. utræq; angulis. A. F. T. & N. B. T. æqualis est autem etiam. A. F. T. utræq; A. E. I. & I. B. T. æqualis quare subtracto. A. F. I. angulo communis reliquis. I. E. X. reliquo. I. B. N. æqualis erit: equi distans ergo est linea. E. X. lineæ. B. N. quoniam igitur in prædictis aspectibus/coniunctionibus dico atq; oppositionibus qui ad medium solis motum considerantur stellam ita inuenimus per centrum epicycli perspectam tanq; si non moueretur in epicyclo: sed situm in ipso. A. B. G. circulo habet & a linea. F. B. æqualiter eodem modo quo centrum epicycli circunduceretur: patet quia possibile erit per huiusmodi demonstrare proportiones in æqualitatis zodiaci. Quæ propter excentricitatem fiunt. Cum autem aspectus coniunctionales cerni non possit: reliquum est ut per oppositiones demonstrationum doctrinam faciamus.

Almagest.


o 2






CIn p̄fenti demonstratione ubi nos in zodiaci pifera aspirationis notam. H. de industria imprimendam iussimus, Trapezuntus noſter equiuocatioſis immemor. T. interā annotauerat. Quod qdē Vranie Gauricana efficerē non dubitauit. Quoniā T. quoq; erat in centro eiusdem ſignifer. **C**Quo, circa extum quoq; caſtigare oportuit, Ne quip̄ia Ptolemei ſtudioliuſ fortaſſe perplexus laborare i equiuoco. **C**Verū huiusmodi equiuocatio ſeu diſſiſtuaſ apud grācos neutiq; accidit. Quu; ō ſit in centro. T. uero in circuſerentia.

Tanq; ſi nulla diſſerentia eſſet (de qua curandum ſit) p̄ter. C.L.M. arcum & S.H.Y.




V E M A D M O D V M igitur in luna (tribus eclypſibus captis lunari bus) & locos & tēpora & ad hāc proportionē inæqualitatis & maximæ lōgitudinis locū per lineā demōſtrauimus. Eodē modo hic etiā triū/ad mediū ſolis motū oppoſitū i singulis harū stellarū captis & locos (q; ex actiſſime fieri potest) p̄ Astrolabica inſtrumenta obſeruauimus & a ſolis motibus qui fuerū in obſeruationib; tam tēpus q; locū diſtatiæ ſubtilius computauimus: & ab iſtis tum p̄portionē excētricitatis tum maximæ lōgitudinē demōſtrauimus. **C**Prīmū igitur in Marte tres cāpimur obſeruationes/quarū primā quintodeciño anno Adriani obſeruauimus Tybi ſm aegyptios die. 26. ſequēte. 27. poſt mediā noctē una æquali hora / & erat in grad. Geminiotū. 21. **C**Alteram anno Adriani. 19. Pharmuthi ſm aegyptios die. 6. ſequēte. 7. ante mediā noctē horis tribus. Et erat in gradibus leo niſ. 28. 50. **C**Tertiā anno in Antonini ſecundo Epiphī ſm aegyptios die. 12. ſequēte 13. ante medianam noctē duabus æqualibus horis: & erat in gradibus Sagittarii. 2. 34. **C**Tēpora igitur diſtatiarū prima qdē ad alterā obſeruationem quatuor aegyptiacos ános / & dies. 69. & horas æquales. 20. cōtinēt. **C**A ſecūda uero ad tertiam annos ſi militer. 4. dies. 96. & hora æqualē unā. **C**Colliguntur igitur ex tēpore prima diſtatiæ (poſt integros circulos) gradus lōgitudinis. 81. 44. **C**Ex ſecūdā uero gradus. 95. 28. Nulla enim diſſerentia erit de qua curadū ſit ſi aperiodicis reſtitutionibus uniuersaliuſ expositis in tāto tēpore medios motus cōputamus. Patet etiā q; in prima qdē diſtatiæ moſa eſt apparenſ ſtella. 67. 50. gradus poſt integros circulos. In ſecunda ue ro. 93. 44. **C**Designētur igitur tres circuli æquales in zodiaci ſuperficie / de quibus ille a quo centru epicycli Martis defertur. Sit. A.B.C. Cuius cētrum. D. Excētricus autē æqualis motus ſit. E.F.I. cuius centru. T. Zodiaco uero concētricus ſit. C.L.M. cuius cētrum. N. Diameter uero qua; per omnia trāſit centra ſit. X.O.P.R. **C**Suppoſatur autē. A. qdē pūctū eſſe. Vbi cētrū epicycli erat in prima oppositione. B. autē ubi erat in ſecunda. G. uero ubi in tertia & cōiungātur. T. A.E.&.T.B.F.&.T.I.C.&.N. C.A.&.N.L.B.&.N.G.M. linea; ut excētrici arcus. E.F. 81. 44. prima periodica diſtantia graduu ſit. Arcus uero. F.I. 95. 28. graduu ſecūdā. & rursus. C.L. zodiaci arcus 67. 50. apparentis prima diſtantia graduum ſit &. L.M. ſimiliter arcus. 93. 44. ſecūdā diſtantia graduum. **C**Si ergo arcus excentrici. E.F.&.F.I. ſubtenderentur duobus arcibus zodiaci. C.L.&.L.M. nihil aliud ad demonstrationem excentricitatis quereremus. Verū quoniā ipsi mediū excentrici arcus. A.B.&.B.C. nō datos ſubſedūt. **C**Et ſi coniunxerimus. N.S.E.&.N.H.F.&.N.I.Y. Rurſum excentrici arcus. E.F. &.F.I. ſubtenduntur ab arcibus zodiaci. S.H.&.H.Y. nec ipſis etiam datis opus erit ut antea. C.S.&.I.H.&.M.Y. uarii arcus ſeu uariæ ſectiōes dent; ut ab arcub⁹ cōiugaſis. E.F.I.&.S.H.Y. p̄portio excētricitatis exqſite demōſtretur. **C**Verū quoniā (antea q; excētricitatis & maximæ lōgitudinis proportionē habeatur) exqſite iſtos capere poſſibile nō eſt: daniq; proxime poſſunt etiā ſi non exqſite illi p̄eſupponantur, propterea quod diſſerentia ipſoꝝ nō magnæ ſunt / cōputationē prius faciemus / tanq; finilla diſſerentia (de qua curadū ſit). S.H.&.H.Y. Arcus diſferant ab arcibus. C.L. &.L.M. **C**Sit enim. A.B.C. circulus excentricus æqualis motus Martis: & ſupponatur. A. punctum primæ oppositionis eſſe. B. ſecundā. G. aut̄ tertia: & capiat (intra ex centricū). D. zodiaci centru. In quo uifus noſter ſit / & cōiungātur ſemper a tribus oppoſitionū pūctis linea; ad uifum. Sicut inodo. A.D.&.B.D.&.C.D. linea; pducātur q; una cōiunctarū triū linearū ad oppoſitū excentrici arcum / ut hic linea. C.D.E. Reliq; qua uero (duo pūcta oppositionū) linea qua; dā coniungat ut hic linea. A.B. deinde ad excentrici ſectionē factam per eductā linea; in puncto. E. cōiungantur ad reliqua duo puncta oppositionū linea; ut hic. A.E.&.E.B. deducantur q; ad linea; qua ſunt a dictis duobus pūctis ad zodiaci centru perpendicularares ut hic in linea. A.D. perpendicularis. E.F. & ad linea. B.D. perpendicularis. E.I. Ad hāc ab uno dūum dictorum punctorū ad linea; (qua; eſtab altero ipſorum ad pūctum excentrici) poſtemo factā

In græco aut̄ codice sic.






perpendicularis ducatur, ut hic a punto. A. in lineam. B. E. perpendicularis. A. T. Hæc, si semper in hac descriptione (sicuti placuerit) seruabimus easdem in numeris proportiones inueniemus. ¶ Reliqua uero demonstratio a propositis in Marte arcibus hoc modo aperiatur: nam quoniam excētrici arcus. B. C. 93. 44. zodiaci gradus subtendere supponitur. Erit profecto angulus. B. D. C. qui fit in centro zodiaci talium 187. 28. qualium quatuor recti sunt. 360. Angulus uero. E. D. I. qui deinceps est. 172. 32. earūdem. Quare arcus etiam chordæ. E. I. talium erit. 172. 32. qualium est circulus qui rectangulo. D. E. I. circūscribitur. 360. ipsa uero. E. I. linea talium. 19. 45. Qualium est. D. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. Similiter quoniam. B. C. arcus. 95. 28. graduum est. Erit etiam angulus. B. E. G. qui est in circūferentia talium. 95. 28. qualium duorum recti sunt. 360. erat autem etiam. B. D. E. angulus. 172. 32. earūdem. Reliquus igitur etiam earūdem erit. 92. Quare arcus quoq; chordæ. E. I. taliū est. 92. qualium est circulus qui rectangulo. B. E. I. circūscribitur. 360. ipsa uero linea. E. I. taliū 86. 16. qualium est. E. B. qua rectus angulus subtenditur. 120. qualium ergo. E. I. linea 86. 16. qualium est. E. B. qua rectus angulus subtenditur. 120. qualium subtendere supponitur: erit angulus quoq; A. D. C. talium. 161. 34. qualium quatuor recti sunt. 360. reliquus uero. A. D. E. 18. 26. earundem qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 36. 52. quare arcus etiam chordæ. E. F. taliū. 36. 52. qualium est circulus qui rectangulo. D. E. F. circūscribitur. 360. linea uero. E. F. talium. 37. 57. qualium est. D. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. ¶ Similiter quoniam arcus excētrici. A. B. G. 177. 12. graduum colligitur: erit angulus quoq; A. E. G. talium. 177. 12. qualium duo recti sunt. 360. erat autem etiam angulus. A. D. E. 36. 52. earūdem. erit ergo reliquus etiam. D. A. E. 145. 56. earūdem/quare arcus. D. E. F. talium est. 145. 56. qualium est circulus: qui rectangulo. A. E. F. circūscribitur. 360. linea uero. E. F. taliū 114. 44. qualium est. A. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. qualium igitur demonstrata est linea. E. F. 37. 57. & E. D. 120. talium. A. E. linea etiam erit. 39. 42. ¶ Rursus quoniam arcus excētrici. A. B. S. 1. 44. graduum est. erit angulus quoq; A. E. B. talium. S. 1. 44. qualium duo recti sunt. 360. quare arcus etiam chordæ. A. T. talium est. S. 1. 44. qualium est circulus qui rectangulo. A. E. T. circūscribitur. 360. Arcus autem linea. E. T. 98. 16. reliquarum ad semicirculum. Chordæ igitur etiam sua. A. T. qui dem talium erit. 78. 31. qualium ē. A. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. E. T. autem. 90. 45. earūdem/qualium igitur. A. E. linea demonstrata est. 39. 42. & D. E. 120. esse supponitur. Talium etiam. T. A. erit. 25. 58. E. T. uero. 30. 2. similiter erat autem etiam tota. E. B. linea. 166. 29. earūdem/demonstrata erit igitur reliqua etiam. T. B. talium. 136. 27. qualium. T. A. 25. 58. ¶ Sed quadratum lineæ. T. B. est. 18618. 36. Quadratum autem lineæ. T. A. 674. 16. Hæc simul composita faciunt quadratum lineæ. A. B. 1929. 52. erit igitur. A. B. linea talium per lōgitudinem. 138. 53. qualium erat. E. D. 120. & A. E. 39. 42. est autem. A. B. linea talium. 78. 31. qualium excētrici diameter est. 120. subtendit enim arcum graduum. 81. 44. qualium ergo est. A. B. linea. 78. 31. & diameter excētrici. 120. talium erit. E. D. 67. 50. & A. E. 22. 44. quare arcus etiā excētrici suus graduum est. 21. 41. Totus autem. E. A. B. C. arcus. 198. 53. graduum ē, reliquus igitur etiam. C. E. graduum est. 161. 7. & chorda sua. G. D. E. 118. 22. taliū qualium est diameter excētrici. 120. Si ergo linea. C. E. diametro excētrici æqualis esset invenia/patet q; in ipsa centrū excētrici esset. & inde proportio excētricitatis aperire haberetur. ¶ Quoniam uero æqualis non est: est autem etiā. E. A. B. C. portio maiori semicirculo/perspicuum est quia in ea centrum excētrici erit: supponatur igitur in punto. C. & ducatur per ipsam & per punctum. D. diameter. L. C. D. M. quæ est p. utraq; cētra/protrahaturq; a punto. C. ad lineam. C. E. perpendicularis. C. N. X. Quoniam ergo linea. E. G. talium demonstrata est. 118. 22. qualium est. L. M. diameter. 120. erit autem etiam. D. E. linea. 67. 50. earūdem: erit etiam reliqua. D. C. 50. 32. earūdem. Quare quoniam rectangulum quod a lineis. E. D. & D. G. constituitur æquale illi est quod constituirur ex lineis. L. D. & D. M. 3417. 51. Sed rectangulum quod sub. L. D. & D. M. continetur cum quadrato lineæ. D. C. facit quadratum medietatis totius hoc est quadratum lineæ. L. C. ¶ Si ergo a quadrato. L. C. hoc est. 3600. sub-

	18618	36
Adde	674	16
	1929	52




In uolumine græco sic




traxerimus rectangulū linearū. L.D.&D.M.hoc est. 3427.51. reliquæ nobis quadratum linea. D.C. 172.9. earūdem habebimus ergo. D.C. linea quæ est inter centrum et taliū per lōgitudinē. 13.7. proxime qualium est. C.L. semidiameter excētrici. 60. Rursus quoniā medietas linea. C.E. hoc est linea. C.N. 59.11. taliū est qualium. L.M. diameter. 120. est autē. G.D. quoq; linea. 50.32. earūdem demonstrata erit reliqua. D.N. taliū. 8.39. qualium. D.C. inuēta est. 13.7. qualium igitur est. D.C. quæ rectū angulū subtēdit. 120. taliū etiā erit. D.N. 79.8. arcus uero suus taliū. 82.30. qualium est. circulus qui rectāgulo. D.C. N. circūscribitur. 360. Angulus igitur etiam. D.C. N. taliū est. 82.30. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 41. 15. & qm̄ in centro excētrici est. habebimus arcū etiam. M.X. graduū. 41.15. est aufē totus quoq; arcus. C.M.X. 80.34. cū sit mediegas arcus. C.X.E. reliqu⁹ & arc⁹. G.M. q̄ ē à tertia oppositione ad minimam lōgitudinē graduū ē. 39.19. patet autem cum. B.Garcus. 95.18. graduū supponatur q̄ reliquū quoq;. L.B. qui est a maxima longitudine ad secundam oppositionem graduum erit. 45.13. Sed cum etiam. A.B. arcus. 81. 44. graduū supponatur erit reliquus quoq;. A.L. qui est a prima oppositione ad maximam lōgitudinem gra. 36.31. His igitur suppositis cōsideremus iam collectas ab istis quæsitorum i oppositione zodiaci arcuum differētias hoc modo. Describat ex figura triū oppositionū solius primæ oppositionis descriptio & cōiuncta linea. A.D. deducatur a pūctis. D.&N.ad.A.T. linea protracta. D.N.&N.Q. perpendicula res. qm̄ igitur arcus. X.E. 36.31. graduū est etiam angulus. E.T. X. taliū quidē 36.31. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. taliū etiā ipse & oppositus ei. D.T.N. 73.2. quare arcus etiam. D.M. taliū erit. 73.2. qualium est circulus qui rectāgulo. D.T.V. circūscribitur. 360. Arcus uero. V.T. 106.58. ad semicirculū reliquorū. Chordæ igitur quoq; suæ. D.V. quidē taliū est. 71.23. qualium est. D.T. qua rectus angulus subtēditur. 120. V.T. autē. 96.27. earūdē. quare qualium est. D.T. linea. 6.33.30. & D.A. similiter excentrici. 60. taliū etiā erit. D.V. 3.54. & V.T. 5.16. & qm̄ quadratum linea. D.V. subtractum a quadrato linea. D.A. facit quadratū linea. V.A. erit etiam. A.V. linea. 59.52. per lōgitudinē tota uero linea. Q.A. quoniā æqualis est. Q.V. linea linea. V.T. taliū. 65.8. qualium. N.Q. quæ dupla est. ad D.V. colligitur. 7.48. Iccirco etiā. N.A. qua rectus angulus subtendit erit. 65.36. quare qualium est. N.A. 120. taliū. N.Q. erit. 14.16. & arcus suus taliū. 13.40. q̄līum est circulus qui rectāgulo. A.N.Q. circūscribitur. 360. Angulus igitur etiā. N.A.Q. taliū est. 13.40. qualium duo recti sunt. 360. Rursus qm̄ qualium est. T.E. semidiameter excentrici. 60. taliū etiā. Q.N. demonstrata est. 7.48. & Q.T. similiter. 10.32. erit etiā tota linea. Q.T.E. 70.32. & propterea etiā. N.E. qua rectus angulus subtēdit. 71. proxime. qualium igitur est. N.E. linea. 120. taliū. Q.N. quoq; erit 13.10. & arcus suus taliū. 12.36. qualium est circulus qui rectāgulo. E.N.Q. circūscribitur. 360. quare angulus etiā. N.E.Q. taliū est. 12.36. qualium duo recti sunt. 360. erat aut earūdē angulus quoq;. N.A.Q. 13.40. quare reliquus est A.N.E. angulus taliū qdē est. 1.4. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 0.32. totidē igit̄ zodiaci quoq; arcus. C.S. cōtinet. De scribat rursus similis figura quæ secundā oppositionis descriptio cōtineat. qm̄ igit̄. X.F. 45.13. graduū supponif̄ et erit angulus. X.T.F. taliū quidē. 45.13. q̄līum quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. taliū & ipse. & qui sibi opponif̄. D.T.V. angulus. 90.26. quare arcus est. D.V. linea taliū est. 90.26. qualium ē circulus q.D.T.V. rectāgulo circūscribitur. 360. Arcus uero. V.T. 89.34. ad semicirculū reliquorū. Chordæ igit̄ ēt suæ. D.N. qdē taliū est. 85.10. qualium est. D.T. qua rectus angulus subtendit. 120. linea uero. V.T. 84.32. earūdē. ergo. q̄līum est. D.T. linea. 6.33.30. & D.B. semidiameter excentrici. 60. taliū etiā erit. Q.B. quoq; linea. 59.49. per longitudinē. Tota uero. Q.B. quoniā. V.Q. linea æqualis est linea. V.T. taliū est. 64.27. qualium. N.Q. quæ dupla est ad. D.V. colligitur. 9.18. Iccirco etiam. N.B. quæ rectū angulū subtendit. 69.6. earūdem erit. quare qualium est N.B. 120. taliū erit. N.Q. 17.9. & Arcus suus taliū. 16.26. qualium est circulus.

Qui. B. N. Q. rectangulo circumscribitur. 360. ergo etiā angulus. N. B. Q. talium est 16. 26. qualium duo recti sunt. 360. **C**Rursus quoniam qualium est. F. T. semidiameter excentrici. 60. talium. N. Q. quoq; linea demonstrata est. 9. 18. & Q. T. simili-
ter. 9. 16. erit tota linea. Q. T. F. 69. 16. earūdē & propterea linea quoq; N. F. qua re-
ctum angulum subtendit. 69. 52. quare qualium est. N. F. qua rectus angulus subtendit.
120. talium erit. N. Q. linea. 16. proxime & arcus suis talium. 15. 20. qualium ē
circulus qui. F. N. Q. rectangulo circumscribitur. 360. Erit igitur etiam angulus. N. F.
Q. talium. 15. 20. qualiū duo recti sunt. 360. Erat autem etiam angulus. N. B. Q. 16.
26. & reliquus ergo. B. N. F. 1. 6. earundem est. Qualiū uero quatuor recti sunt. 360.
talium. o. 33. totidem ergo est etiam arcus zodiaci. L. C. **C**Quoniam igitur in pri-
ma oppositione arcus. C. S. o. 32. inuentus est patet quoniā utrorūq; simul arcum
portionibus. i. s. maior erit prima distantia quaē ad excentricū consideratur q; appa-
lens: & cōtinebit gradus. 68. 55. **D**esignetur ēt tertiæ oppositiōis descriptio quo-
niā ergo arcus. P. L. 39. 19. gradui supponitur. Erit etiā angulus. P. T. I. talium qui
dem. 39. 19. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualiū uero duo recti sunt. 360. taliū. 78.
38. quare arcus quoq; D. V. taliū erit. 78. 38. qualiū est circulus q. D. T. V. rectangulo
circumscribitur. 360. Arcus uero. T. V. reliquo ad semicirculū. 101. 22. chordæ igit etiā
suæ. D. V. quidem taliū est. 76. 1. qualiū. D. T. qua rectus angulus subtendit. 120. &
T. V. linea. 92. 50. earūdē quare qualiū est linea. D. T. qua iter cētra est. 6. 33. 30. & D.
G. semidiameter excentrici. 60. taliū. D. V. quoq; linea erit. 4. 9. &. V. T. 5. 4. simili-
ter: & quoniā si quadratū linæ. D. V. subtrahat a q̄drato linæ. G. D. facit quadratū
G. V. erit etiā linea. G. V. 59. 51. Reliqua uero linea. C. Q. (qm̄ eq̄lis est. T. V. linea/linæ. V. Q.) Taliū. 54. 47. qualiū. N. Q. quaē dupla est ad linea. D. V. colligitur. 8. 18
Iccirco etiā. N. G. q̄ rectū angulū subtēdit. 55. 25. earūdē est qualiū igit̄ est. N. G. 120.
taliū erit. N. Q. 17. 59. & arcus suis taliū. 17. 14. qualiū est circulus q̄ rectāgulo. G. N.
Q. circūscribit. 360. q̄re angulus quoq; N. C. Q. taliū est. 17. 14. qualium duo recti
sunt. 360. **C**Rursus qm̄ qualiū est. T. I. semidiameter excentrici. 60. talium etiam. N.
Q. linea demonstrata est. 8. 18. & T. Q. Similiter. 10. 8. erit etiā reliq. Q. I. 4. 9. 51. earū
dē. Iccirco linea quoq; N. I. q̄ rectū angulū subtēdit. 50. 33. quare qualiū est ipsa. N.
I. q̄ rectus angulus subtēdit. 120. talium etiā. N. Q. linea. 19. 41. & arcus su9 taliū. 8. 54.
q̄liū ē circulus q̄ rectāgulo. I. N. Q. circūscribit. 360. Ergo ēt agulus. N. I. Q. taliū ē
19. 54. q̄liū duo recti sūt. 360. Sed agulus ēt. N. C. Q. 17. 14. earūdē demonstrat̄ ēreli
quis igit̄. N. G. I. 1. 40. earūdē ēt q̄liū uero q̄tuor recti sunt. 360. talium. o. 50. totidē
ergo est. M. Y. arcus zodiaci. **C**Quoniam igitur in secunda etiam oppositione. L. G.
arcus. o. 33. inuentus fuit: patet quia utrorūq; simul arcum portionibus. 1. 23. mi-
nor erit prima distantia quaē ad excentricum consideratur quam apparentis: & conti-
nabit gradus. 92. 21. **C**Secundum hos ergo duarum distantiarum zodiaci arcus no-
bis collectos: & eos qui rursus natura secundum excentricum suppositi fuerant. prae-
missa theoremeta secuti: quibus maxima longitudo: & excentricitatis proportio de-
monstrata nobis est inuenimus (ne repetitib; longior nobis doctrina fiat) lineam
D. C. quaē est inter centra talium esse. 11. 50. qualium semidiameter excentrici. 60.
G. M. autem arcum excentrici qui est a tertiā oppositione ad minimam longitu-
dinem graduum. 45. 33. unde rursus arcus etiam. L. B. 38. 59. Graduum colligit. Ar-
cus autem. A. L. 4. 2. 45. Similiter hāc in demonstrationibus singularum oppositio-
num sicuti quaētorum magnitudines arcum exacte in singulis iuenimus. Arcus
quidem. C. S. magnitudinem sexagesimarum. 28. L. T. uero totidem proxime simi-
liter. 28. arcus autem. M. I. Sexagesimarum. 40. Primæ igitur secundæq; oppositio-
nis huiusmodi quantitates composuimus & factas inde. 56. sexagesimas addidimus
67. 50. primæ distantia zodiaci gradibus: & sic exacte iuenimus consideratam ad
excentricum distantiam graduum esse. 68. 4. 6. Secundæ similiter & tertiæ oppo-
sitionis quaētates cōposuimus factāq; inde quantitatē gra. 1. 8. subtraximus ab appa-
rētib; gradib; secundæ distantia zodiaci gra. 93. 4. 4. & sic rursus exacte iuenimus cōsi-
deratam ad excentricum distantiam gradū esse. 92. 36. Ex q̄b; eadē demonstratiōe usi & ppor-
tionē excentricitatis & maximā lōgitudine exq;site habuim⁹ iuenimusq; linea. D. C.
Quæ est iter cētra taliū. 12. pxime. q̄liū ē. C. L. Semidiameter excentrici. 60. G. M. uero



Alter codex habet. T. N.
linea quaē est inter centra






L I B E R ..

excentrici arcum gra. 44.2.r.a qua rursus. L.B. quidem arcus graduum fit. 40.ji.A.L. autem. 41.33. similiter q̄ autem his magnitudinibus apparentes obseruatq̄ trium oppositionum distantia congruunt: perspicuum per easdem faciemus.

C Proponatur enim primæ oppositionis descriptio quæ solum excentricum. E.F. habeat, in quo epicycli centrum semper fertur. Quoniam ergo angulus. A.T.E. taliū est. 41.33. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium & ipse & oppositus sibi angulus. D.T.V. 83.6. erit etiam arcus chordæ. D.V. talium 83.6. qualium est circulus qui rectangulo. D.T.V. circuſcribitur. 360. Arcus uero. V.T. 96.54. ad semicirculum reliquorum. Chordæ igitur etiam suæ. D.N. quidem talium erit. 79.35. qualium est. D.T. quæ rectum subtendit. 120. V.T. uero. 89.50. earū dem/ qualium igitur est. D.T. linea. 6. partes & D.A. semidiameter excentrici. 60. talium erit. D.V. quidem. 3.58.30. V.T. autem. 4.30. & quoniam quadratum. D.V. subtractum a quadrato linea. D.A. facit quadratum linea. V.A. erit etiam ipsa. V.A. 59.50. per longitudinem earūdem. **C** Rursus quoniam. V.T. æqualis est linea. V.Q. & N.Q. dupla est ad. D.V. habebimus etiam totam. A.Q. talium. 64.20. qualium est. N.Q. linea. 7.57. Iccirco etiam. N.A. quæ rectum subtendit. 64.52. earūdē erit, quare qualium est. N.A. quæ rectum angulum subtendit. 120. talium etiam erit N.Q. 14.44. & arcus suus talium. 14.6. qualiuū est circulus qui rectāgulo. A.N.Q. circuſcribitur. 360. Ergo angulus quoq; N.A.Q. talium est. 14.6. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sūt. 360. talium. 7.3. Erat autem etiam angulus. A.T.E. 41.33. earūdem/ erit igitur reliquus quoq; A.N.E. apparentis motus gradu. 34.30. qbus stella maximā longitudinem in prima oppositione precedebat.

C Designetur rursus similis secundæ oppositionis descriptio. Quoniam ergo inde motus epicycli angulus. E.T.E. talium. 40.ji. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium & ipse & oppositus angulus. V.T. N.S. 22. erit & arcus. D.V. talium. 80.22. qualium est circulus qui. D.T.V. rectangulo circuſcribitur. 360. Arcus uero. V.T. 99.38. ad semicirculum reliquorum. Chordæ igitur etiam suæ. D.V. quidem talium erit. 77.26. qualiuū. D.T. quæ rectum angulum subtendit. 120. V.T. uero. 91.41. earūdem. Qualium ergo est. D.T. linea. 6.8. & D.B. semidiameter excentrici. 60. talium etiā. D.V. erit. 3.52. & V.T. 4.35. & quoniam quadratum linea. D.V. subtractum a quadrato linea. D.B. facit quadratum linea. B.V. erit etiam ipsa. B.V. 59.52. earūdem per longitudinē/eodē modo quoniā. T.V. linea æqualis est linea. V.Q. & N.Q. dupla linea. D.V. erit etiam. B.Q. tota taliū. 64.28. qualiuū est N.Q. 7.44. Iccirco & B.N. quæ rectū subtendit. 64.56. erit earūdē/ quare qualium est. B.N. quæ rectum angulum subtendit. 120. taliū et erit. N.Q. 14.19. & arcus suus talium. 13.42. qualium est circulus qui rectāgulo. B.N.Q. circuſcribitur. 360. Angulus ergo etiam. N.B.Q. talium est. 13.42. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 6.51. Erat autem angulus quoq; B.T.E. 40.ii. & reliquus igitur. E.N.B. angulus apparentis motus. 33.20. earūdem est. Totidem ergo gradibus a maxima longitudine ad successionem stella in secunda oppositione distabat. Fuit autem demonstrata in prima oppositione. 34.30. gradibus maximam longitudinem p̄cedere. Quare tota distantia a prima oppositione ad secundam. 67.50. graduum colligitur: quæadmodum per obseruationes etiam habuimus.

C Designetur similiter tertiaæ oppositionis descriptio. Quoniam ergo etiam hic angulus. C.T.F. qui est ipsius æqualis motus epicycli talium est. 44.21. qualium quatuor recti sunt. 360. Qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 88.42. erit etiam arcus linea. D.N. talium. 88.42. qualium est circulus qui rectangulo. D.C. F. circumſcribitur. 360. arcus uero linea. V.T. 91.18. reliquorum ad semicirculum/chordæ igitur etiam suæ. D.V. quidem talium erit. 83.53. qualiuū & D.T. quæ rectū angulum subtendit. 120. V.T. aut. 85.49. earūdem/ qualiuū igitur est. D.T. linea. 6.8. & D.C. semidiameter excentrici. 60. talium etiam erit. D.V. quidem. 4.11.30. V.T. uero. 4.17. & quoniam quadratum linea. D.V. subtractum a quadrato linea. D.C. facit quadratum linea. C.V. habebimus et hanc. 59.51. earūdē p̄ longitudinē. **C** Rursus qm. V.T. linea æqualis est linea. V.Q. & N.Q. dupla est ad. D.V. habebimus etiam reliquam. Q.G. talium. 55.34. qualium est. N.Q. 8.23. Ideo etiam. G.N. quæ rectum subtendit





carundem.56.12.qualium ergo etiā.G.N.quæ rectum angulum subtendit.110.ta-
lium etiam erit.N.Q.17.55.& arcus suus taliū.17.10.qualiū est circulus qui rectāgu-
lo.G.N.Q.circūscribitur.360.angulus igitur etiam.T.G.N.taliū quidē est.17.10.
qualiū duo recti sunt.360.qualiū uero quatuor recti sunt.360.taliū.8.35.erat aut
etiam angulus.G.T.F.44.21.totus ergo etiam.G.N.F.52.56.earundem est:quas ob-
ses totidem etiam gradibus præcedere minimam longitudinem stella in tertia op-
positione uidebatur.¶ Sed in secūda quoq; oppositione demonstrata est ad succes-
sionem maximaē longitudinis fuisse per gradus.33.20.& reliqui ergo a secunda op-
positione rursus ad tertiam collecti gradus.93.44.inuenti sunt/conuenientes illis
qui in secunda distantia fuerant obseruati:uerum quoniā quando stella in tertia op-
positione per lineam.C.N.perspiciebatur/tunc obseruatos obtinebat sagittarii gra-
dus.2.3.4.& G.N.F.angulus qui est in centro zodiaci.52.56.taliū demonstratus ē
qualium quatuor recti sunt.360.Patet q; etiam minima excentricitatis lōgitudo q;
est in puncto.F.25.30.capricorni gradus obtinebat.Maxima uero.25.30.cancri p;
oppositionem/si ergo descripserimus in.G.centro.C.L.M.martis epicyclum & produ-
xerimus.T.G.lineam/habebimus in tempore tertiae oppositiōis medium quidem
epicyclia maxima excentrici longitudine motum.135.39.graduum/propterea q;.G.
T.F.angulus reliquorum ad semicirculum demonstratus est graduum.44.21.me-
diū uero stellæ motum a maximaē longitudinis puncto epicycli i hoc est arcu.M.
C.graduum.171.25.propterea q; angulus.T.G.N.demonstratus est taliū.8.35.qua-
lium quatuor recti sunt.360.cum sit in centro epicycli/& sic arcus quidem.C.L.ex
stella.C.ad minimam longitudinem.L.eorundem fit graduum.8.35.Arcus uero a
maxima longitude.M.ad stellam.C.reliquorum ad semicirculum.171.25.ut ppo/
situm est/& ita factum nobis una cum aliis perspicuum est q; in tempore tertiae op-
positionis hoc est in secundo anno Antonini epipli(fīm ἀγύπτιος)die.12.sequentē
13.ante mediā noctē duabus horis æqualibus distabat stella martis fīm longitudinē
quidē mediæ a maxima excentrici longitudine gradibus.135.39.fīm inæqualitatē
uero a maxima epicycli longitudine gradibus.171.25.

Demonstratio magnitudinis epicycli Martis.

Cap. VIII.



VM AVTEM consequens sit ut magnitudinis etiam epicycli proportio
nem demonstremus, obseruauimus ad hoc stellam Martis post tertiae op
positionis tempus, tribus dieb⁹ proxime, hoc est secundo Antonini an
no epyphi secundū ægyptios die. 15. sequente. 16. ante mediā nocte trib⁹
horis æqualibus. Erat enim secundū astrolabiū in medio cœli. 20. libræ gradus: & sol
medio motu. 5. 27. geminorum gradus tūc obtinebat (Spica igitur stella in suo situ
perspecta) Mars cernebatur in gradibus sagittarii. 1. 36. in eodem uero tēpore a cētro
quoq; lunæ distare ad successionem similiter uidebatur gradib⁹. 1. 36. & erat medi⁹
lunæ motus tunc in. 4. 20. gradibus sagittarii, uerus autē in. 29. gradibus scorpionis,
secundū enim, inæqualitatem. 92. gradibus a maxima epicycli longitudine distabat,
apparens autem erat in principio sagittarii, ut etiam hinc mars sicuti perspiciebatur
1. 36. gradibus sagittarii obtinuisse ostenditur, pater igitur q; distabat a minima lon
gitudine ad præcedentia gradibus. 53. 54. continentur autem in tempore quod fuit
in tertiam oppositionem & hanc obseruationem longitudinis gradus. 1. 32. & inæ
qualitatis. 1. 21. proxime quos si addiderimus demonstratis tertiae oppositionis moti
bus, habebimus in huius obseruationis tempore, distantē Martis stellā a maxima ex
centrici longitudine gradus. 137. ii. inæqualitatis autē distantia a maxima epicycli
longitudine gra. 172. 46. His ita suppositis sit. A. B. C. deferens centrum epicycli ex
centricus, cuius centrum. D. & diameter. A. D. C. in qua zodiaci centrum sit. E. maio
ris uero excentricitatis centrū sit. F. & descripto in puncto. B. epicyclo. I. T. C. protra
hantur. F. C. B. I. & E. T. B. & D. B. linea& & a punctis. D. & E. deducantur ad. F. B. li
neam perpendicularares. E. I. & D. M. & supponatur stellam esse in puncto epicycli
N. & coniunctis lineis. E. N. ducatur ad lineam. E. N. protractam a puncto. B. per
pendiculararis. B. X. quoniam igitur stella. 137. ii. gradibus a maxima excentrici longi



tudine distat: estq; angulus. B.F.G.taliū.42.49.qualium quatuor recti sunt.360. qualium uero duo recti sunt.360.taliū.85.38. et it etiam arcus linea. D.M.taliū.85.38.qualium est circulus: qui.D.F.M.rectangulo circunscribitur.360.arcus uero F.M.94.22.ad semicirculum reliquorum chordæ igitur etiam sua. D.M. quidem taliū erit.81.34.qualium est.D.F.quæ rectum angulum subtendit.120.F.M.autem 88.1.earundem/quare qualium est.D.F.quæ inter centra est.6.& D.B.semidiame ter excentrici.60.taliū etiam erit.D.M.4.5.& F.M.4.24.& quoniā si quadratū linea.D.M.subtractum fuerit a quadrato linea.D.B.facit quadratū.B.M.erit etiā linea.B.M.59.52.earundem/similiter autem linea quoq;.F.M.æqualis est linea.M.L.linea uero.E.L.dupla est ad linea.D.M.reliqua igitur linea.B.L.erit.55.28.& E.L.8.10.earundem.Iccirco.& E.B.quæ rectum angulum subtendit.56.4.earūdem est/qualium igitur est.E.B.quæ rectum subtendit.120.taliū etiam erit.E.L.17.28.& arcus suus taliū.16.44.qualium est circulus qui rectangulo.B.E.L.circumscribi tñ.360.quare angulus quoq;.F.B.E.taliū est.16.44.qualium duo recti sūt.360.Rursus quoniā angulus.G.E.X. quo Martis stella minimam lōgititudinem.C.pcedere cernebatur/taliū supponit.53.54.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sunt.360.taliū.107.48.estq; angulus etiam.G.E.B.102.22.earundem/propterea q; æqualis utrisq; simul angulus sit.F.B.E.demonstrato.16.44 earundem/& B.F.E.85.38.supposito earundem/erit etiam reliquus angulus.B.E.X.5.26.earundem: Arcus uero linea.B.X.taliū.5.26.qualium est circulus qui re stangulo.B.E.X.circunscribitur.360.quæ ppter etiam linea.B.X.taliū est.5.41.q; lium est.E.B.quæ rectum angulum subtendit.120.qualium igitur ipsa.E.B.56.4.demōstrata est:& semidiame ter excentrici.60.taliū.B.X.linea erit.2.39.eodem mo do quoniā.N.punctum a maxima quidem epicycli lōgitudine hoc est a punto.I.distabat gradibus.172.46.& a minima longitudine.C.gradibus.7.14.erit etiam an gulus.C.B.N.taliū.7.14.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo re di sunt.360.taliū.14.28.erat autem etiam angulus.C.B.T.16.44.earundem:& reliquus igitur.N.B.T.angulus erit.2.16.sed angulus etiam.B.E.X.5.26.demōstra tus earundem est/erit igitur etiam angulus.X.N.B.7.42.earūdē quare arcus quoq; linea.X.B.taliū erit.7.42.qualium est circulus qui rectangulo.B.N.X.circūscri bitur.360.ipfa uero linea.B.X.taliū.8.3.qualium est.B.N.quæ rectū angulū sub tendit.120.qualium igitur est.B.X.linea.2.39.& semidiame ter excentrici.60.taliū etiā erit.B.N.epicycli semidiame tri excentrici ad semidiame trum epicycli.proportio est quā.60.habēt ad.39.30.

De emendatione Periodicorum Motuum Martis. Cap.IX.

Capricornionis mense




ED CRATIA etiam emendationis periodicorum motuum una cāpi mus de prīscis obseruationibus/qua declaratur q; anno.13.secundū Dio nisium Capricorniōis.25.stella Martis matutina cernebatur boreali scor pionis incubere frōti/& est tempus obseruationis i anno.52.a morte Ale xandri hoc est annus.476.a Nabonassaro Athir(secundū ägyptios) die.20.sequēte 21.in mane.In quo tempore medium motum solis inuenim⁹ capricorni gradus ob tinētem.23.54.Fixa uero quæ est in boreali fronte scorponis a nobis obseruata est etiam distans a scorpone gradibus.6.20.**C**Quoniam igitur anni.409. qui fuerūt ab obseruatione usq; ad Antoninum/progressu fixarum faciunt graduum quatuor, & 5.sexagesimarum proxime/fixa (quam diximus) in tempore illius obseruatio nis.2.15.gradus scorponis obtinuisse debet totidem ergo etiam stella martis obti nuit similiter/quotiam etiam tempore nostro idest in principio Antoniani imperii, maxima longitudo Martis.25.30.cancri gradus obtinebat:debet in tempore obser uationis.21.25.obtinuisse/patet igitur q; stella quidem apparen⁹.100.gradibus/& se xagesimis.50.tunc a maxima longitudine distabat.Mediū uero motus ☉ ab eadē longitudine maxima gradibus.182.29.**C**Ab opposita autem minimaq; longitudi ne.2.29.**C**His ita suppositis:sit.A.B.G.(centrum epicycli) deferens excentricus: cu sus centrum.D.& diameter.A.D.G.In qua zodiaci centrū ūsit.E.Maioris autem ex

○	23	54	20	Tempore
♂	25	30	25	Ptolemei.
♂	21	25	25	Priscorum.
Dīta	4	5	3n	Annis 409
*	6	20	m	Ptolemei
*	2	15	m	Priscorum
Dīta	4	5	3n	409 Anni⁹

Si. g. 4. M. 5. adiiciantur.

centricitatis sit. F. & descripto in centro. B. epicyclo. I. T. protrahantur. F. B. I. &. D. B. linea & a puncto. F. ad lineam. D. B. educatur perpendicularis. F. C. & supponatur stellam esse in. T. punto epicycli: & coniuncta linea. B. T. trahatura punto. E. ipsi æquidistans linea. E. L. a qua uidelicet per ea quæ iam demonstrata sunt. Medi⁹ motus solis erit. coniunctaq; linea. E. T. ducantur ad ipsam a punctis. D. & B. perpendicularares. D. M. & B. N. & similiter a puncto. D. ad lineam. B. N. perpendicularis. Di X. ut figura. D. M. N. X. rectangulum parallelogramum fiat. quoniam igitur angulus. A. E. T. apparentis motus stellæ a maxima longitudine talium est partium. 100. & sexagesimorum. 50. qualium quatuor recti sunt. 360. angulus uero medii motus solis. G. E. L. 2. 29. earundem: erit etiam angulus. T. E. L. hoc est angulus. B. T. E. talium. 81. 39. qualium quatuor recti sunr. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 163. 18. Quare arcus etiam linea. B. N. talium est. 163. 18. qualium est circulus qui rectangulo. B. T. N. circumscribitur. 360. ipsa uero linea. B. N. talium. 118. 43. qualium est. T. B. quæ rectum angulum subtendit. 120. quare qualium est. B. T. semidiameter epicycli. 39. 30. & E. D. quæ est inter centra. 6. talium etiam. B. N. erit. 39. 3. Rursus quonia angulus. A. E. T. talium est. 100. & sexagesimorum. 50. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 201. 40. Ac ideo qui deinceps est angulus. D. E. M. 158. 20. earundem erit etiam arcus. D. M. talium. 158. 20. qualium est circulus qui. D. E. M. rectangulo circumscribitur. 360. ipsa uero linea. D. M. talium. 117. 52. Qualium est. D. E. quæ rectum angulum subtendit. 120. quare qualium est. D. E. linea. 6. & B. N. 29. 5. talium etiam erit. D. M. hoc est. N. X. 5. 54. & reliqua. B. X. talium. 33. 9. qualium est. B. D. semidiameter excentri. 60. quare qualium est. B. D. quæ rectum angulum subtendit. 120. talium etiam erit. B. X. 66. 18. & arcus suus talium. 67. 4. proxime: qualium est circulus qui rectangulo. B. D. X. circumscribitur. 360. & angulus igitur. B. D. X. talium est. 67. 4. qualium duo recti. 360. totus uero. D. B. M. 247. 4. est autem etiam. E. D. M. angulus. 21. 40. earundem propterea q. D. E. M. angulus demonstratus est esse. 158. 20. & reliquis igitur. B. D. E. angulus. 225. 24. esse colligitur: & qui deinceps est angulus. B. D. A. 134. 36. similiter: quare arcus etiam. F. C. talium est. 34. 30. qualium est circulus qui rectangulo. D. F. C. circumscribitur. 360. & arcus. D. C. 45. 24. reliquo, rum ad semicirculum chordæ igitur etiam suæ. F. C. quidem talium erit. 110. 42. qualium est. D. F. quæ rectum angulum subtendit. 120. D. C. uero. 46. 18. earundem quare qualium est. D. F. linea. 6. & D. B. semidiameter excentri. 60. talium. F. C. erit. 5. 32. & D. C. 2. 19. & reliqua chorda. C. B. 57. 41. ideo etiam. B. F. quæ rectum angulum subtendit. 57. 57. proxime earundem. Qualiu igitur. B. F. 120. talium. F. C. quidem erit. 11. 28. & arcus suus. 10. 58. talium qualium est circulus qui rectangulo. B. C. F. circumscribitur. 360. quare angulus etiam. F. B. T. talium est. 10. 58. qualium duo recti sunt. 360. Sed erat etiam angulus. B. D. A. 134. 36. earundem. Totus igitur B. F. A. angulus earundem est. 145. 34. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium est. 71. 47. quare medius (secundum longitudinem) stellæ motus hoc est. B. cœtrū epicycli distabat in tempore obseruationis propositæ a maxima longitudine gradibus. 72. 47. & propterea. 4. 12. librae gradus obtinebat. uerum quoniam etiam. G. E. L. angulus. 2. 29. earundem supponitur: qui tā duob⁹ rectis semicirculi. A. B. C. & quæsis efficitur utrisq; simul. A. F. B. media longitudinis angulo: & I. B. T. inæqualitas hoc est angulo motus stellæ in epicyclo habebim⁹ reliquum igitur angulum. I. B. T. 109. 42. earundem: quare in eodem obseruationis tempore stella distabat maxima epicycli longitudine dictos inæqualitatis gradus. 109. 42. qui nobis erant inuenienti. Sed demonstratum etiam fuit q. in tempore tertia oppositionis distabat secundū inæqualitatem ab eadem maxima epicycli longitudine gradib⁹. 171. 25. ad. didit ergo in interiesto (Inter obseruationes) tempore (quod quidem. 410. ægyptia cos annos & dies. 231. 40. proxime continet) post. 192. integrōs circulos addidit inq gradus. 61. 43. quantam ferme additionem inuenimus per tabulas quas de mediis motibus ipsius conscripsimus: ab ipsis enim diurnis nobis motus constitutus est: dñ uisa multitudine graduum quæ per circulos & additionē colligitur in dies qui inter duas obseruationes suisse colliguntur.



Anni.	Dies.	Hoie.
410	231	8
Periodicas & conuersiones		
192		complectantur.

LIBER

C De locis periodicorum Martis motuum in tempore Nabonassari. C.X.

Anni. Dies. horae.
1475 79 18

Nabonassari Anno primo.			
σ	3	32	v Loc⁹ ven⁹
σ	21	25	55 2 2
σ	16	40	55 1 4
Ob sua			
D̄ia 4 45 in 475 Annis			



V R S V S ergo quoniā a primo Nabonassari anno thoth (secūdum egyptios) die prima in meridie, tempus usq; ad propositam obseruationē 475. egyptiacorum annorum & dierum. 79.45. proxime colligitur qd tempus (post integros circulos) longitudinis quidem. 180. 40. gradus continet. Inæqualitatis uero. 142.19. si hos gradus ab utroq; obseruationis loco con grue subtraxerimus / hoc est in longitudine qdem a. 4.12. gradibus libraꝝ. Inæqualitate autem a gradibus. 109.42. habebimus iu primo Nabonassari anno thoth (secundum egyptios) die prima in meridie locos periodicorum motuum martis, longitudinis quidem in gradibus Arietis. 3.32. inæqualitatis uero a maxima epicycli longitudine in gradibus. 327.13. (C Per easdem autem rationes qm in. 475. annis colliguntur. 4.45. gradus maximarum longitudinum motus, eratq; maxima longitudine Martis in tempore obseruationis in gradibus cancri. 21.25. obtinebit profectio in dicto constitutionis locorum tempore gradus cancri. 16.40.

LIBER VNDECIMVS MAGNAE COMPOSITIONIS PTOLEMAEI.


C Demonstratio excentricitatis & maxima longitudinis Stella Louis

Demonstrations 24


Adriani.17. Anno

Adriani.21. Anno

Antonini pmo Anno




Sequentes. 4. figuræ e græco uolumine deduxit gauric⁹ q̄s dimisit trapezū⁹





EMONSTRATIS iam motibus periodicis & locis & inæqualitatibus martis. Deinceps eodem modo de Ioue nobis dicēdum est. Capiemus igitur rursum ad demonstrandam excentricitatē & maximam longitudinem, tres oppositiones ad medium solis motum. (C Quorum primam astrolabicus obseruauimus instrumentis, Anno Adriani. 17. secundum egyptios epiphi die primo, sequente secundo ante medium noctem/hora una inuenimusq; Louis stellam in. 23.11. gradibus scorpionis. (C Alteram anno. 21. phaothi. 13. sequente. 14. ante medium noctem horis duabus, inuenimusq; in gradibus piscaꝝ. 7.54. (C Tertiā Primo Antonini Anno Athir secundū egyptios die. 20. sequente. 21. post mediā noctem horis. 5. inuenimusq; . 27. in gradibus Arietis. 14.23. (C Duarum igitur dislantiarum a prima quidem oppositione ad secundam tempus egyptiacos continentanōs. 3. & dies. 106. & horas. 23. & gradus apparentis stellæ motus. 104.43. (C A secundū uero ad tertiam annū egyptiacum unum & dies. 37. & horas. 7. & gradus similiter. 36.29. (C Medius autem secundum longitudinem/motus temporis primæ distantiæ gra. 99.55. (C Secundū uero. 33.26. (C Per has igitur dislantias quæ admodum & in marte fecimus propositorum quæ uoluimus inuenire demonstrationē, primum quasi rursum unus excētricus sit hoc modo. (C Sit. A.B.C. circulus excētric⁹: & sit. A. punctum ubi centrum epicycli erat in prima oppositione. B. autem ubi in secunda. G. uero ubi. ih. tercia/captoq;. D. zodiaci centro intra circulum excētricū. A.B.C. cōtū. gantur. A.D. & B.D. & C.D. lineaꝝ & protracta. C.D. usq; ad. E. coniungātur lineaꝝ A.E. & E.B. deducanturq; a punto. E. ad. A.D. & D.B. lineaꝝ perpendicularares. E.F. & E.I. a punto uero. A. ad lineaꝝ E.B. perpendicularis. A.T. quoniā igitur. B. C. arcus excētrici. 36.29. zodiaci gradus subtendere supponit/ erit ēt. B.D.G. angulus hoc ē angulus. E.D.I. taliū qdē. 36.29. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 72.58. & reliquo. D.E.I. 107.2. earundem, quare arcus quoq; lineaꝝ. E.I. talium erit. 72.58. qualium est circulus qui. E.D.I. rectangulo circunscribitur. 360. ipsa uero linea. E.I. talium. 71.21. qualium est. D.E. quæ rectū angulum subtendit. 120. similiter qm. B.G. arcus graduū est. 33.26. erit etiam angulus B.E.G. q in circuferentia constituit talium. 33.26. qualium duo recti sunt. 360. Tūtus uero. B.E.I. 140.28. earundē & reliquo igit. E.B.I. 39.32. earundē erit, quare arcus etiam. E.I. talium erit. 39.32. qualium est circulus q; rectangulo. B.E.A. circuſcribit 360. & ipsa linea. E.I. taliū. 40.35. qualium est. B.E. quæ rectum angulum subtendit 120. qualium igit. E.I. linea demonstrata est. 71.21. & E.D. 120. talium etiam. B.E. linea erit. 210.58. (C Rursum qm totus. A.B.C. arcus excētrici. 141.12. gra. utrūq; di-




stantia & simul subtendere in zodiaco supponit: erit & angulus A.D.C. in centro zodiaci constitutus taliū. 14.12. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt 360. talium. 282.24. angulus uero. A.D.E. qui deinceps ad ipsum sequitur. 77.36. ea runderem. quare arcus quoq; linea. E.F. talium est. 77.36. qualium est circulus. D.E. qui rectum angulum subtendit. 120. similiter quoniam. A.B.C. arcus excentrici. 133. 21. colligitur et it etiam angulus. A.E.C. cū sit incircuferentia talium. 133. 21. qualium duo recti sunt. 360. eiatautē angulus quoq; A.D.E. 77.36. earundem: & reliquus igitur. E.A.F. 149.3. earundem erit: quare arcus etiā linea. E.F. talium est. 149.3. qdū qualium est circulus qui. A.E.F. rectangulo circūscribitur. 360. linea uero. E.F. taliū. 115. 39. qualium est. E.A. quæ rectum angulum subtendit. 120. qualium igitur. E.F. linea demonstrata est. 75.12. & E.D. supponitur. 120. taliū etiam. E.A. linea erit. 78.2. **C**Rur sum qm̄. A.B. arcus excentrici. 99.55. graduū est: erit profecto etiā. A.E.B. angulus cū incircuferentia constituatur. 99.55. talium qualium duo recti sunt. 360. qd̄ arcus quoq; linea. A.T. talium est. 99.55. qualium est circulus qui. A.E.T. rectangulo circūscribitur. 360. & arcus linea. E.T. 80.5. reliquorū ad semicirculum chordæ igitur etiā suæ A.T. quidem talium erit. 91.52. qualium est. A.E. quæ rectum angulum subtendit 120. E.T. uero. 77.12. earundem qualium igitur. A.E. linea. 78.2. demonstrata est: & D.E. 120. talium etiam. A.T. erit. 59.44. & E.T. 50.12. Demonstrata est autem linea quoq; tota. E.B. 210.58. earundem & reliqua igitur. T.B. talium erit. 160.46. qualium est. A.T. 59.44. **C**Est autem quadratum linea. T.B. 25845.55. & quadratum linea. T.A. 3568.4. qdū simul capta faciunt quadratum linea. A.B. 29413.59. erit igitur linea A.B. talium per longitudinem. 171.30. qualium erit linea. E.D. 120. & E.A. 78.2. est autem ipsa linea. A.B. talium. 91.52. qualium est excentrici diameter. 120. arcum enī subtendit graduum. 99.55. qualium igitur est. A.B. linea. 91.52. & excentrici diameter. 120. talium etiam erit. E.D. linea. 64.17. & E.A. 41.47. **C**Quare arcus quoq; ipsius. E.A. linea. 40.45. graduum est. Totus uero arcus. E.A.B.G. 174.6. qdapropter etiam linea. E.D.G. talium est. 119.50. proxime qualium est excentrici diameter. 120. quoniam igitur. E.A.B.G. circuli portio minor est quam semicirculus atq; ideo centrum excentrici extra ipsam inuenitur. **C**Supponatur etiam in. C.ducatq; per ipsum: & per. D. diameter. L.C.D.M. quæ est per utraq; centra & ab ipso. C.ad lineam. G.E. ducta perpendicularis. C.N. protrahatur usq; ad. X. quoniam igitur qualium est. L.M. diameter. 120. talium demonstrata est. E.G. linea. 119.50. & E.D. 64.17. habebimus reliquam. C.D. 55.33. earundem: quare quoniam rectāgulum quod sub. E.D. & D.G. lineis continetur æquale est rectangulo quod sub. L.D. & D.M. lineis. habebimus etiam rectangulum quod sub. L.D. & D.M. lineis continetur talium. 3570.56. qualium est. L.M. diameter. 120. sed rectangulum quod fit a lineis L.D. & M.D. cum quadrato linea. D.C. facit quadratum semidiametri hoc est linea. C.L. Si ergo a quadrato semidiametri hoc est. 3600. subtraxerimus rectāgulum sub lineis. L.D. & D.M. contentum hoc est. 3570.56. relinquitur quadratum linea. D.C. 19.4. earundem habebimus ergo ipsam lineam. D.C. quæ est inter centra taliū. 5.23. proxime qualium est. C.L. excentrici semidiameter. 60. **C**Rursus quoniam medietas linea. C.E. hoc est linea. C.M. talium est. 59.55. qualium. L.M. diameter. 120. demonstrataq; est linea. G.D. 55.33. earundem & reliqua ergo linea. D.N. talium est. 4.22. qualium erat linea. D.C. 5.23. qualium igitur est. D.C. quæ rectāgulum subtendit. 120. talium etiam. D.N. erit. 97.20. & arcus suus talium. 108.24. qualium est circulus qui rectangulo. D.C.N. circumscribitur. 360. angulus igitur etiā D.C.N. taliū quidem est. 108.24. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 54.12. **C**Et quoniam in centro excentrici est habebimus etiā arcum. M.X. 54.12. est autē totus etiā arcus. C.M.X.E. gra. 87.3. cū sit medietas toti 9. G.X.E. reliquus ergo arcus. M.G. qui est a minima longitudine erit. 32.51. cum autē B.C. distantia. 33.26. graduum supponatur/patet quod reliquum quoq; arcum. B.M. qui est a secunda oppositione ad minimā longitudinē habebimus sexagesimam 35. Cūq; A.B. distantia. 99.55. graduum supponatur habebimus etiā reliquā. L.A. quæ est a maxima longitudine ad primā oppositionē gra. 79.30. si ergo in hoc excentrico epicycli centrū deferet satis esset his magnitudinibus tanquā certis puti.




<input type="checkbox"/>	25845	55
<input type="checkbox"/>	3568	4
	29413	59




